Cbm. 11324

S. SALVATORIS POLLINGÆ · A°. 1744. * FRANCISCUS PRÆPOSITUS
AD BIBLIOTHECAM
IBIDEM.

PROHEMIVM

ALFONSO ARAGON. II. NEAPOLITANORVM REGI ALBINVS LVCANVS FELICITATEM. D.

NVLLVM Moderati ac sapientissimi Principis officium absteprætermissum esse arbitror Alfonse Regum inuictissime: nullum denique priscæ illius Romanæ disciplinæ uestigium/ad retinendum augendumque Imperium/quod in tua Maiestate Luce clarius non appareat. Nam cum toto animo atque omni studio in eam silicetationem incumbas/ut il qui tuæ potestati ac ditioni ab ipsa natura commissi sunt/q̃ beatissimi esse uideantur (quod in nullo labore sed in sola animi bonitate positum est) id efficias: vt te Regni Parentem haberi uelis: et sempiternus hominum sermo de Maiestate tua futurus sit. Hæc nanque firmissimis rationibus te differentem: et principum felicitatem in amore & benuolentia ciuium collocasse ias pridem audiuimus. Summam præterea Cyri Persarum Regis gratitatem cum singulari co

Alfonsus Romanae virtutis ac disciplinae Mvlvs.

Beatissimi Alfonso Regi subditi

Vbi consistat Principum felicitas

Cyrus Rex Per.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Xenophon rerum a Cyro gestarum scriptor

VRBIVM SALVS.

OPERIS: ARGVMĒTVM

mitate coniunctam ab ineunte aetate in omni uitæ actione superare ac uincere studuisti. Cui res a Xenophonte scriptas Africanum illum (q̃ nunquam de manibus poneret) in omni sermone sapientissimum appellare solebas. ducens potestatis coniunctionem cum sapientia & doctrina urbibus saluti fore. Eodem animi ardore superioribus diebus cum Blondi decades inter manus uersares: Repentinas temporum commutationes: tot clarissimas urbes incendio assumptas: Inaudita tormentorum ac necis genera: maritima proelia: horrenda prodigia: & demum vrbis Romæ casum admiratus: Voluisti ex tam immenso uolumine ea quæ memoratu digna sunt in Enchiridium ut colligerem. Quod onus eo libentius suscepi, non quo maiorum res (quas probe nosti) auidius te poscere uidebam: sed ut grauissimis non modo Regni, uerum totius Italiæ rebus plerunque defatigatus animus his historiarum condimentis interdum laboris fastidio leuaretur. Lege feliciter nostri sæculi decus

CŌCORDIA PARVÆ
RES CRESCVNT
ROMA
ANŌN
AD
MAG NANI
MVM ALFON
SVM ARA
NEAPOLIT
GEM IN
FORLIVIE
DES EP
PER A
LVC

FLoruit Romanum Imperium
in vrbe Constantinopoli sub
Constantino Constantini fi
lio haud sine magna gloria:
Et tempore filiorum eiusq; ad
Honorium & Archadium Theodosij senioris
filios annos circiter septuaginta. Sub quib

Inclinatio Imperij per Gothos.

magna Imperij inclinatio facta est, tuentibus in Italiam Gothis, & Romam irrupentibus, paulo ante q̃ diuus Hieronymus è uita decederet. Ad extremum Gallias & Hispanias uastantibus. Inde Hunnorum secuta est inundatio: qui sub Atila Rege, Aquilegiam deleuerunt, et in campis Catelaunicis cum Gothis atrociter conflixerũt. In qua pugna Theodoricus Gothorũ Rex occiditur. Atila post deletam Aquilegiã noua coniuge ducta, inter dormiendum fluente è naribus sanguine, domi suffocat̃ est. Odoacer etiam Rugorum Rex quatuor annis Italiam pressit. Et franci tra iecto Rheno, in Galliam impetum fecere. Theodoricus alter Vesegothorum Rex Odoacrem interemit: et Italiæ Imperium ẽ consecutus:

Hunorum aduentus in Italiam.

Mors Tedorici Regis Go.

Mors Atilæ Regis hũ.

Odoacer Rugor Rex.

Mors Odoacis Regis Ru.

Aduentus Lõgobardorũ ĩ Italiam

Secuta est Longobardorum calamitas, cuz ex insula Scantia Sythiæ existent in Germania & in Pannonia cum Alboino Rege suo consedissent: Postremo a Narsete Eunuco uocati, Italiam oppressere. Iustinianus ta

Iustinianus Caes.

men Imperator per Belisarium non solũ Asiã verum etiam Africam ex faucibus Vuãdalorum eripuit: & Gothos Italia penitus pepulit: qui Vitigem eorum ducem captum Constantinopolim duxit:

Vitigis dux gothorũ captus a Belisario Cõstantinopolĩ ducit.

Sed postea maxima Romani Imperii ruina sub Heraclio Cæsare fuit: qui licet de Persis triumphasset: occiso Cosdroe filio: et reportato sanctæ crucis ligno: Imperii nomen extulisset: tamen in heresim est prolapsus: Et sub eo Mahometus gentili patre et Iudea matre natus, emersit: qui falsa religione Asiam & Africam usque in ultimas hispanias corrupit:

Max Ro. Impij Ruina sub Heraclio.

Mahumetus Heraclij tempo ribus emersit.

Imperante Pipino apud Francos: Gothi qui prius Gethę dicti sunt, in Asiam migrauere (ferum et crudele hominum genus, & ad mortem promptissimum) quos Antonius Bassianus Caracalla anno fere nonagesimo, tumultuarijs prælijs superauit. Et Gordianus minor anno uigesimo post, Gothos ad Danubium transire parantes, magis repulit, q̃ superauit:

Antoni caracalla Gothos ĩ Asia superauit.

Philippus Impator primus christianorũ pricipũ xpian?

Anno deinde octauo Imperante Philippo q primus christianorum principum christianus fuit in Romanum solum irruperunt & Ostrogothas secum duxerũt trecenta uirorum milia in armis habuere a quibus Mæsia & Thratia uastatæ sunt. Contra quos missus est Decius Pannoniensis. Sed quibusdam preliis superatus, Romam redit. Philippus fraude suorum occisus. Imperator qui eum sequebatur sub Gallo euolusiano foedus cum Repu. iniit. Quibus Imperatoribus sublatis, Valerianus qui successit eis, in uincula Regis Persarum noĩe Saporis, ductus est:

Trecenta milia gothoꝝ in agrum Ro. irupere

Valerianus a Sapore Rege vinculis traditur

Quo tẽpore. xxx. tyranni in Impiũ Ro. insurrexere. Et Gothi Bithiniam inuaserunt: Nicomediam Thraciam & Macedoniam occuparunt: Thessalonicam obsederunt. Claudius Imperator trecenta Gothorum milia deleuit: bina [illegible] milia submersit. Senatus Romanus statuam auream Claudio donauit ob rem bene gestam. Aurelius Canabium Gothorum Regem cui qnq;

Claudius Imperator de Gotis triumphum reportat

Mors canabii Gothoꝝ Regis.

millibus interfecit. Quo prodio decem mv
lieres uirili habitu pugnantes captæ sunt:
et ab Aureliano in triumphum ductæ:

Mulieres uirili habitu pugnare

Trigesimo anno post, Gothi nouos motus tẽ
tauere: quos Flauius Constantinus, pfli
gauit: & cum ils qui prelio superfuerãt, fœ
dus iniit. Vnde Gothi tot cladibo accepti
se continuere: et annis circiter septuagita
inter se biffariam diuiduntur. Alij Ostro
gothæ: Alij Visigothæ idest orientales & oc
cidentales dicti: sic germanica sonat appella
tio. Valens præfectus quinto decimo sui Im
peri l anno cum Visigothis in Thracia pu
gnans, magna strage superatus est: et ipse
sagitta saucius, ab hostibus deprehensus,
in ignem est impositus. Qua victoria visi
gothe elati: Constantinopolim obsederunt:
Quam Dominica Valentis uxor pecunia in
populum distributa seruauit. Theodosi
ab hispanis accersitus: Visigothas superauit
et victor Constantinopolim ingressus, cuꝫ
Athenarico illorum Rege fecit pacem. Athe
naricus Constantinopoli morbo correptus

Flauiꝰ Cõstãtinꝰ Gothos pfligauit.

Gothi biffariã diuiduntur.

Mors valẽtis Præfecti

Cõstantinopol obsessa: pecunia dominicę mulieris seruatur.

Theodosius superatis gothis cũ Rege illoꝝ fecẽ pacẽ.

Mors Athenarici gothoꝝ Regis.

Mors Gratiani
Mors Theodosii.

interiit. Gratianus apud Lugdunum iter
fectus. Theodosius relictis Archadio & Ho
norio apud Mediolanum interiit:

Alaric gothorum Rex Thracia Pannoniam et Italie partem stragibus afflixit.

Visigothæ stipendio priuati: Alaricum crea
uerunt Regem ex familia balthorum in
gothis: cui Radagusus & Gothus cum du
centis milibus se adiunxit: Qui Thraciam
Pannoniam: & Italiæ partem stragibus affe
cerunt. Radagusus Italiam ingressus apd
Fesulas consedit: Vbi a Stilicone obsessus
propter inopiam rerum omnium fugere
coactus est: sed captus interficitur. Alari
cus Italiam intrauit: Apud Rauennam cõ
sedit. Interea barbari ad Rhenum amnes
peruenerunt. Stilico e Constantinopoli
mouens, in Italiam properauit: et ubi nũc
ferraria est, consedit: Tum Vicus erat mu
ro cinctus: Stilico Rauennam intrauit.
& pluribus cladibus Alaricum interfecit.
Significauitq; Honorio, ut sibi in ea parte
Galliæ sedes daretur: Honorius respondit:
ut pacem cum Gothis faceret: Cui Stilico
parens: illis extemplo pacem dedit, quos

Radagusus a Stilicone pimit

Mors Alarici Regis.

Crudele fratricidium Stiliconis in Gothos:

omnes in die paschatis/ob religionem se
curos trucidauit: immisso duce saluo.
Honorius qui Stiliconem occideret mi
sit. Gothi Italiam populati sunt: vrbes
obsederunt/nullo tamen exercitu defen
sam. Eo tempore beatus hieronymus flo
ruit apud Bethleem. Capta urbs: qui fere eos fa
me magis q̃ gladio perierunt: vix nanq;
qui caperentur inuenti sunt: Ita ad nepha
rios cibos rabies coegit/ut inuicem sua mẽ
bra laniarent: Nec mater nato pepercerat
Sed tunc Roma rerum domina esse desiit.
Erat tunc annus urbis sexagesimus quar
tus supra millesimum/ Iussit Alaricus ut
parceretur/qui ad ædes Petri & Pauli con
fugerant: & sanguine temperarent. Ibi cap
ta est Galla placidia Theodosii superioris
filia: quæ barbara castra secuta est. Gothi
tertia die vrbem egressi: Campaniam
Lucaniam et Brutios populantur: tempe
state prohibiti/ne in Siciliam transirent.
Alaricus apud Consentiam Brutiorum
vrbem direptam interiit: Corpus eius

Diuus hieronymus

Roma ob inauditam famẽ a Gothis capit.

Clementia Alarici.

Galla placidia

Alarici Regis interitus.

cum omni thesauro in alueo Deriuati am
nis Basenti conditur:

Ataulfus Augusto inuidens nouā gotiā ubi Roma condere animo fuit:

Successit Alarico Taulfus cui fuit animo
delere Romam: & nouam condere Gotias,
et successoribus Ataulfum relinquere no
men, Augusto inuidens: Sed Placidia v
xor hæc consilia a mente eius auertit:

Vnde Burgundiones dicti

Subacta interiore Germania Vuandalis
extra munita loca: vicatim habitare cō
cessum est: Illi burgos appellant: inde bū
gundiones. Est alia huius gentis muta
tio: Nam Vuandali a fluuio illius regio
nis dicti sunt: et partim Bohemi: partim
Polloni nominati sunt:

Vnde Vuandali dicti

Mors Gratiani

Eodem tempore Gratianus Britāniam in
uadēs a Romanis militibus mox occisus
est: qui Constantinum Imperatorem ele
gerunt. Quo tempore Archadius apud

Mors Archadii

Constantinopolim obiit: Cui successit Te
odosius filius minor. Et Honorius respi

Honorius tyrannos tollere statuit.

tans apud Barchinonem tyrannos tolle
re statuit: et Constantium comitem sibi
elegit: qui in Gallias apud Arelatem cō

stantinum tyrannum captum interfecit. Constantium uero Geruntius comes eius apud Viennam occidit: qui paulo post a suis militibus occisus est:

Mors constantini Tyranni.
Mors Constantii comitis.
Mors Geruntii comitis

Attalus Rex maritimo prælio fusus ab Heracliano, et ab hispanis ad quos confugerat, uinctus, ad Constantium comitem ducitur. Inde ad Honorium missus, in Ttriumpho ante currum ducitur: et dein Ludibrio habitus apud insulam Leparim obseruatur:

Attalus Rex ab Honorio in triumpho ante currum ducit.

Heraclianus Sabini generi consilio usus, cõparato exercitu Romam uenit: et cum Romanum populum uideret, in fugam uertit: et accepta scapha, reuersus Carthaginẽ, militari tumultu interimitur. Sabinus Cõstantinopolim fugiens, ab Honorio exilio damnatur:

Mors Heraclani
Sabinus exul.

Attaulfus Rex Visigothorum a Constantino comite ex hispania fugatus, a suis militibus interficitur. Sigericus suffectus cupidus pacis ab Imperatore oblatæ: a militib obtruncatur. Et Vallia ei subrogatus: suorum militum rabiem expleturus: nauigii

Mors Attaulfi Regis.
Mors Sigerici Regis.
Vltio Valliaeī milites tyrãni cidas.

impositi, in mari Gaditano omnes naufragio perierunt: Et pacem cum Honorio fecit. Qua firmata, Constantio Placidiā sororem: ex qua Valentinianum tertiū suscepit, dedit vxorem. Constantius Alacatam Regem barbarorum interemit: et barbari ab Honorio pacem petiuerunt.

Mors Alcatę Regis

Mors Tertulli Imperatoris.

Interim Tertullus Imperium Romae assumens: breui occisus est. Sed alter Attalus Imperium inuasit. Tum Honorius Rauennā uenit. Ad quem Constantius transiuit. Quod ubi Romam perlatum est, Attalum iniectis cathenis ad honorium perduxere: quem manu mutilatum Constantinopolim relegauit. Inde Honorius Romam uenit. Constantius Rauennę obiit. Eiq; subrogatur ab Honorio Etius: Qui Burgundiones bello cōpescuit: Francos apud Rhenum in Germaniam repulit. Eo tempore Honorius Romæ mortuus est. Et Ioannes quidam cōsilio Castini Tyrannidem inuasit.

Attalus manu mutilatus in exilium eiicitur

Mors Constantii

Mors Honorii.

FINIT LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS

POstq̃ Ioannes, Imperator factus est / Castinus ueritus barbaros, in Africam nauigauit: simulans in Bonifacii amicitia confidere / cui erat suspectus: quos beatus Augustinus conciliauit habito utriusq; iuramento: Sed Castinus circũuenirẽ Bonifatium studebat. Vnde ex pace bellum exortum est: Quo, uictus Castinus in hispaniã cõfugit. Erat Castinus Sytha Arrianus: Bonifatius Thrax et Catholicus.

Bellum inter Ioãnẽ ⁊ Boifatiũ

Ioannes audita Castini fuga: in Bonifaciuz exercitum in Africam ducere statuit:

Placidia audita Honorii morte: cum Valẽtiniano filio in Italiam uenit: Ab omnibus excepta est / præterq̃ a Rauennatibus / qui Ioanni studebant. Sed obsessi / ad extremũ mulieri se dederunt: quæ in factionis principes animaduertit. Ioannes in Africam iturus: Italiæ curam Castino commisit. Contra quem Placidia Ardaburium misit / et apud Vercellas prælium commissum ẽ. quo Castinus et Etius capti: et ad Valen

Rauẽnates obsessi se Placidiae dedunt.

Castinus ĩ plio captꝰ: in exiliũ eiicitur.

tinianum perducti. Castinus in exilium ⁊ missus est. Et ius conseruatus. His peractis Valentinianus a populo Romano accersitur: et — Decreto Theodosii Augustus est appellatus. Quo tempore rebellantibus barbaris, Valentinianus Gallionem Rauennatem misit, et Britannos in fide continuit.

Valentinianus. aug.

Mors Ioannis

Ioannes in Africa a Bonifacio uictus, interficitur. Et ius intelligens magna imminere pericula populis illis omnibus, pacem concessit: Nec Valentinianus recuperandæ Africæ curam obmisit: et comparato ⁊ exercitu, Carthagine ac locis prope omnibus est potitus. et Bonifacius in Mauritaniam profugit:

Mors Bonifacii

Anno quingentesimo trigesimo quinto ⁊ postq̃ Carthago Romanis subiecta est: Bonifacius moerore confectus, cessit e uita: et Augustinus tertio mense obsidionis hipponi ante Bonifacium obiit.

Mors Augustini

Mors Sebastiani.

Sebastianus qui per Tyrannidem Lusitania potitus fuerat, ab Vuandalis, cum qbus pacem fecerat, interfectus est. Theodo

ſius cum Atilæ conatibuſ occurrere cogitaſſ; pestilentia correptus interiit. Valentinianus ſecundus audita morte Theodoſii: cuz Vuandalis pacem fecit: qua Atila cum exercitu in Galliam transiens, Nicaſium urbis episcopum capite obtruncauit: quod preciſum, diuini eloquii carmina eructauit. Theodoricus in proelio cum Etio & aliis ferro occubuit. Thoriſmundus Theodorici filius qui eo bello militauit: repertum patriſ cadauer, magna funeris pompa Toloſam miſit. Atila Aquilegiam obſidens capi poſſe deſperauerat, niſi ciconias ex altis turribuſ pullos auferentes uidiſſet: Quo augurio, urbe potitus eſt: cuius obſidio triennio duraueraz quam ſolo æquauit: Mulieres prostitutæ: Vna dumtaxat ut pudica morerentur, ex ſummis ædibus in fluuium Natiſonem ſe præcipitauit. Inde Atila Vicentiam: Veronam et Mediolanum uexans & complura alia loca: flagellum dei ſe uocitabat. Contra quem Leo primus Pontifex Romanus hortante Valentiniano profectuſ eſt.

Morſ Theodoſii.

Nicaſii epi et martyriſmira CVLVM

Morſ Theodorici

Thoriſmundi PIETAS

Aquilegia ab Atila obſeſſa

Augurium ciconiarum.

Aquilegia capta ſolo æquat.

Mulieriſuniuſ dũtaxat pudici TIA

Atila flagellũ DEI

Leo primꝰ contꝰ Atilã pficiſcitur

quem apud Myntium amnem emolliuit/et domum redire persuasit. Et dum Pontifex eũ alloqueretur/uisos fuisse Atilæ duos uiros tenentes strictos enses/minitantes nisi parer& quos putant fuisse Petrum et Paulum. Atila cum plures haberet uxores: aliam superduxit cum qua dum dormiret/effuso é narribꝰ sanguine/eadem nocte suffocatus est:

Apparuerũt Atilę petrus et Paulus loquente Leone

Mors Atilae R E G 1 6.

Anno secundo post mortem Atilæ/Trasila Etii commilito Valentinianum Imperatorẽ Romæ occidit/qui imperauerat annis trigẽta. Valentinianus Rauennæ męnia ampliauit: et Ioannem episcopum pallio candido uti iussit: quo tunc etiam solus Imperator utebatur. Vnde postea Romani Pontifices sũpsere.

Mors valentiniani Imp.

Quãdo ꝑmum Ro. Põtifices albo pallio V S I.

Post valentiniamum Maximus eius necis auctor suffectus est: qui obsessa Roma ab Vuandalis: ab vrso Romano milite occisus est uiuente Leone: et multa in urbem incendia sũt facta.

Mors Maximi valẽtiniani occi S O R I 6.

Quo tempore Capua etiam expugnata est/& multa oppida præter Neapolim. Quo anno

Capua expugnata.

obiit Martianus: Cui suffectus est Leo é gente græca: Sub quo multas calamitates passa est Respu. Primo anno suadente Leo ne Maiorauum creauit Imperatorem: Quē tertio anno interfecit. FINIS LIBRI SECVD.

Mors Maiorni VI.

LIBER TERTIVS

THeodoricus Rauennam triennio obsidès/Odoacrem bis prelio fudit: Qui Ad extremū absq; mora hortante Ioanne episcopo dedit sese. Sed Theodoricus contra ius foederum secunda die Odoacres & filium interemit: et sedem sui Regni Rauennæ constituit: quæ a Sabinis fuit condita: creuitq; sub Augusto Cæsare: ubi tenuit assiduam classem: quam Claudius Germanicus muro cinxit: et Valentinianus secundus ampliauit.

Rauēna obsessa p triennū

Theodorici factū.

Mors Odoacris

Rauenna a Sabinis condita.

Augustus caes.

Claudi Gēmanic.

Per hæc tempora Zeno Imperauit. Sub quo Bulgari relictis sedibus apud Danubium Thratiam uastarunt: Quibus Zeno minime potuit resistere. Post mortem cuius Anastasius suffectus est Imperator: Et Anastasius Pontifex é uita decessit. Tunc obortū

Bulgari sub Zenone Thraciam VASTANT

Imperāte Anastasio Susmaōtū.

Symacus et Laurentius pontifices.

est scisma. Nam Symacus in palacio: et Laurentius in æde virginis subrogati. Tandem Symacus obtinuit: et Laurentium Nucerinis epm dedit. Sed Romani pace fastiditi Laurentius reduxere. Rex canonum ignarus, Altini episcopum Romam misit: qui utroq; directo se Pontificem constitueret. Symacus congregata synodo centum uiginti episcoporum, de criminibus se purgauit: et Petrum et Paulus religari obtinuit: Quapropter in urbe Roma prœliatum est: & in sacerdotes uirgineq; sæuitum.

Synodus centu uiginti episcopor.

Romę prigrum. 7 sacerdotes uirgineq; seuitum.

Clodoneus Rex
Alaricus Rex

Per hoc tempus pugnatum est inter Clodoneū Regem Galliæ: et Alaricum Regem Gothor. Theodoricus Clodonei ex ancilla filius: ī Albienses & Ruthenos a patre missus: eos occupauit: Tholosam Vasconiamq; sibi subiecit.

Theodoricus Tolosā Vasconiāq; sibi subiecit.

Clodoneus ecclesiā heresi purgauit: et patritius appellatur.

Clodoneus ecclesiam heresi Visgotharum purgauit: Quapropter Anastasius Pontifex eum patritium in vrbem Parisius appellauit: eamq; Regni sedem constituit.

Quādo Parisi' Reg' sedes ostituta fuit.

Eo tempore Symaco Pontifice defuncto: Hormisda Pontifex electus est: qui hortante Teo

Hormisda Pontifex

dorico apud urbem Prouincialem synodum congregauit. In qua Eutitianam heresim dãnauit. Cui Ioannes episcopus et clerus Constantinopolitanus inobedientes fuerunt:

Prouincialis SYNODVS

Anastasius Imperator præceptis Pontificis parere noluit, asserens Papam Imperatori potius parere debere: et eiectis Pontificis oratoribus ex urbe: fulmine ictus est: penasq; sui sceleris dedisse creditũ ẽ. Quo tempore Symacus et Boetius Consules fuere Anastasio: Iustinus senior subrogatus: sub quo Eutitiana heresis est exticta: et Arriani Imperio expulsi. Quamobrem Theodoricus eadem Labe infectus, ægre tulit: Et propterea Boetium et Symacum Papam Papia relegauit. Ioannem Pontificem Constantinopolim ire iussit: et Theodoricum nepotem ex Narbonensi prouincia reuocauit. Ioanni pluribo nobilibus Romanis adiunctis mandauit: ut a Iustino impetrarent Arrianorum restitutionem: et nisi obtinerent: episcopos suo Regno deiecisset, & interfecisset. Iustinus magno honore Ioannem excepit: postulata concessit: ne christiani trucidarẽt: Legatosq; Romanos honore

Eutitiana heresis extincta.

Theodoricus hereticus Arrianus.

Iustinus pius.

Theodorici crudelitas

habuit. Quod ægre ferens Theodoricus illos fame in carcere perire iussit: Boetium & Symacũ Papiæ iugulari fecit. Quapropter nonagesimo octauo die uentris profluuio interiit: Anno trigesimo octauo postq̃ Italiæ Regno potitus est.

Mors Symaci et Boetii.

Mors Theodorici Regis

Egregia Amalasunta mores

Successit huic Amalasunta filia: quæ optimis moribus imbuta: multa patris malefacta emẽdauit: Boetii & Symaci filiis patrimonia restituit. Atalaricum filium optimis moribus erudiri curauit. Sed Gothi impediuere asserẽtes Regem suum non conuenire arma & litteras ediscere.

Per Idem tempus mortuus est Iustinus Imperator: Cui successit Iustinianus.

Gothorum proceres inter Amalasuntam et filiũ discordias disseminauerunt. Quamobrem Theodorum consobrinum suum aliquot urbes in Etruria tenentem: qui filii seductoribus cõsentire coercuit: Et Romæ relicto Atalarico: ipsa Rauennam pergens, tres gothorum principes, qui malorum consiliorum puero suasores fuissent, interfici curauit.

Mors proceruẽ pueri seductoꝝ

Atalaricus

Atalaricus qui

LIBER TERTIVS

arrianus esset: Bonifacium & Ioannem Pontifices summis honoribus est prosecutus. Qui octauo anno Imperii mortuus est. Quapropt̃ Amalasunta Theodatum sibi conciliauit: et in Regni partem accepit. Cuius hortatu in Burgundiones & Germanos, qui in Liguriam a Theodorico Rege missi fuerant, delatus utranque gentem Italia pepulit. Pacem cum Iustiniano et gallorum Rege pepigit. Inde ad rapinas conuersus: Amalasuntam contradicẽtem in Insulam Vulsinensium Lacus relegauit, occidiq; permisit a filiis gothorum: q̃z patres ipsa Regina corruptores Atalarici filii iusserat occidi. Fuit Amalasunta mulier egregia: Latinis & græcis litteris imbuta: omnium gentium linguas callens: Cuius mortem Iustinianus egerrime tulit.

Mors Atalarici Regis.

Mors Amalasuntæ Reginæ

Amalasũta eruditissima

Postq̃ Atila Aquilegiam solo æquauit: Venetiæ habuere principium. Quadraginta octo annis Italia fuit sub Gothis: Triginta octo sub Theodorico: Sub Athenarico octo: Sub Theodato duobus. FINIS LIBRI SECVNDI

Quando Venetiæ fundatæ

LIBER QVARTVS

Sicilia et Africa a Tyrãnide per Belisariũ libata

CVm centum & quadraginta duobus annis inclinasset Imperium: Belisarius recuperata ex Gothorum tyrãnide e Sicilia in Africam nauigauit aduersus Storçam Tyrannum: et maxima felicitate prouinciam liberauit: ac rursus in Siciliam rediit

Mors Mauritii adolescentis

Interea Gothi Salonam obsidentes Mauritiũ adolescentem Mundi filium interfecerunt. Quod cum Mundus intellexisset/ fusos Gothos occidione occidit.

Gothi omnes trucidati.

Tum Iustinianus Cõstantianum belli ducem in Dalmatiam misit.

Belisarius Embrinium ditionem accipit

Belisarius pulsis e Sicilia Gothis: in Italiam nauigauit in Brutiorum prouinciam: et Embrinium Theodati generum/ qui ei prouiciæ præerat in ditionem accepit: Et Lucanis deditionem facientibus/ Neapolim uenit: quã

Neapolis a Belisario paquaeductum capta

obsidione cinxit: et ea potitus est per aquæductum: Isauro milite ostendente/ sicuti nostra tempestate Rex Alfonsus) Vxores uiris reddidit: neq; in Gothos qui vrbis præsidio erant seuitum est/ quis Iordanus Romanus Neapolitanos & Gothos trucidandos

Belisarii humanitas i gothos & neapolitanos

fuisse censuit. Quibus rebus Gothi qui Romæ erant/ haud amplius Theodati inertiam ferendam putarunt. Egressi itaq; vrbem/ apud Rugalte castra fecerunt/ trigesimo quinto ab vrbe miliario: Ibiq; Vitigetem Regem sibi elegerunt/ obscuro genere ortũ: sed rei militaris peritia egregium. Theodatus fuga Rauennam petens/ ab Othoro gotho post illum misso interfectus est. Vitigis tertio anno postq̃ Regnare cepit/ Romã redijt: et confirmato populo: congregato exercitu Rauennam profectus est: et Gothos omnes ad se uocauit: Marasuntamq; Theodorici Regis ex Amalasunta filia neptem inuitam duxit uxorem:

Vitigis a Gothis Rex eligitur.

Mors Theodati.

Vitigis Marasuntam inuitã duxit uxorem.

Belisarius Romam rediens/ Iudarim Cõstãtinopolim misit: et Constantianum ĩ Etruriam: qui Spoletum & Perusiam cepit.

Spoletum et Perusia capta.

Pisias & Nylas Gothorum duces/ cum Perusiam ab hoste captam inuenirent/ cum Constantiano proelium commisere: qui uictos captosq; ad Belisarium Romam misit:

Pisias & Nilas duces a Cõstatio CAPTI.

Quibus rebus/ Vitigis ex Rauenna mouens/

in urbem Romam iter habuit: & cum a Ty
burtinis pelleretur, vrbem obsedit. Quatv-
ordecim aquæductus mirabili ãtificio structos
diruit.

XIIII aquæduct' a vinger diruit.

Per idem tempus Asmarus & Vliginarius
Gothi in Dalmatia a Constantiano uaria
clade attriti, Childeberto a Demeri, & Clo
tario Gallorum Regibus arma mouentib
Sigismundus occurrit: & in Gaunis cõmis
so prelio superatus est: et captus, cum uxo
re et liberis in puteum necatus est. Inde so
lus Clodimirus contra Gothimarum belli
gerens, confossus occiditur. Cuius milites
acrius pugnantes: Gothimarum uictum ĩ
terfecere.

Mors Sigismũdi cum vxore & libis.

Mors Clodimiri.

Almaricus visegotharum Rex, cum vxores
Regis galliæ sororem male haberet: in hispa
nia a Childeberto occisus est: et sororem ui
duam reduxit in patriam: Childebertus cũ
Clotario in hispaniam contra Gothos. Theo
debertus hortatu Crotildis in Italiam mouit:
Cæsaraugustam obsederunt in hispaniis: quã
cepissent, nisi beatus Vincentius eam miracv

Mors Almarici Regis visegotharum.

Cesaraugusta precibus bti Vincẽtij ab obsidiõe liberatur.

lose defendisset. Quo tempore Crotildis obi
it: Et Theodoricus in Italiam profectus/mõbo
corripitur: et moriens Theodoaldum filium
successorem reliquit.

Capta vrbe Portu
ensi: Romani ci
ues a Vitige ob
truncantur.

Interim Vitigis Portuensem vrbem cepit: et
Romanos ciues/quos obsides habebat/apud
Rauennam interemit. Belisarius ob rerum pe
nuriam/inermem turbam Neapolim misit: Et
Siciliam Siluerium in exilium. Interea octin
genti milites hunni mittuntur a Iustiniano:
quibus Belisarius fretus/ Gothos aggressus est/
et eorum castra diripuit.

Gothorum castra
a Belisario direpta.

Eo tempore/non solum Roma/sed tota Italia
fame laborauit. In diocesi Mediolanensi ma
ter filium comedere coacta est.

Fames in omnẽ
ITALIAM.

In hoc statu rerũ/Zeliorbes cum uiginti milli
bus hunnorum Cosdroe Parthorum Regi
inherens/contra Iustinianum perrexit: Sz
Cosdroas suspectam habens eius fidem: mul
tis eum uulneribus interemit. Hunni q cla
di superfuere/ hunnorum nomen exosi: ab
Auario/ qui Zeliorbi successit/Auare se nũ
cupauere: a quibus ea prouincia una littera

Mors Zeliorbis ducis hũnorũ.

Vnde Bauaria
sit nuncupata.

Vñ Bauaria dicta sectidiuisimabemus

abiecta/ Bauaria dicta est. Strabo tamen a' Bois/ qui eam terram coluerunt/ relicta Italia: Boariam potius appellari uult.

Alboin Rex cuinimundus interfecto ex craneo ei' paterā fieri fecit.

Cunimundus Gepidarum Rex Alboini dextē in proelio occidit. Cuius caput pilo affixū per castra delatum est: Et eius craneo patertam auro celatam fieri curauit: qua solēni conuiuio bibere solebat. Et Rosemundam eius filiam uirginem sibi matrimonio copulauit: Ex quo tempore Gepidarum nomē penitus est deletum.

Gepidarum gens deleta

Belisarius interim Antonina uxore ad seuocata/ noua auxilia a' Iustiniano accepit. Quibus per uicina oppida distributis/ annonæ difficultatem fecere Gothis: Quapropter trium mensium indutiæ datæ: & Legati Cōstantinopolim missi. FINIS LIBRI .IIII.

LIBER QVINTVS

Mors Agapiti Ro. Pontificis

INTEREA Agabitus Romanus Pontifex obiit: et Theodora Augusta omnibus uiribus est enixa: ut Antemius ab Agabito propter heresim relegatus: in Constantinopolitanā ecclesiā restitueret.

Antemius hereticus exul.

Silueriuſ Pontifex/tanq; quia Romam Go
this prodere ſtatuiſſet criminatuſ: ab Anto
nina increpatuſ ē: Ille prius de proditione
ſe purgauit: Detractoq; pallio/monaſtica cu
culla induitur. Et clerici Romani Vigiliū
Pontificem proclamant. Siluerius in exiliū
apud Inſulam Pontianam miſſus eſt: nec
ſine ſanctitatis nomine uitam finiuit.

Silueriuſ Pontifex pditioīs accuſatuſ monac efficit et exulās in xpo moritur.

Vigiliuſ ad Pontificatum aſſumptus.

Capto Arimino a Beliſario: Vitigis Gothorum
Rex diffidens vrbem poſſe obſidione cin
gere/crematis caſtris/Rauennam conten
dit. Beliſarius dimiſſa Roma/in hoſteſq;
Picenum infeſtabant/contendit: & compoſi
tis rebuſ/obſeſſam Ariminum liberauit: Vr
binum cepit. Tum fons/ex quo ciuitaſ bi
bebat/ſubito aruit.

Capo vrbino a Beliſario: ſubito foſ aruit.

Capto Vitige a Beliſario cum omni gaça/&
Conſtantinopolim deportato: Idonaduſ
magnæ auctoritatis uir/creatur Rex go
thorum et approbatur. Is poſt captam Ve
ronam et Papiam: collectis gothorum reli
quiiſ/grandem comparauit exercitum:
breuiq; omnia loca tranſ padum/& Vene

Vitigiſ captuſ a Beliſario et Conſtantinopolim deportatuſ.

Idonaduſ Rex gothor creatuſ.

tæ Regionis urbes in potestatem accepit: & demum commisso prælio cum Vitali apud Taruisium, cum paucis eum coegit fugere. Cæteri omnes trucidati: Sed Idomadus ipe a Builla custode sui corporis in sollemni conuiuio occisus est: Cui Atalaricus successit: qui quinto mense a suis interfectus e. et Totila subrogatus est: qui Baduilla uocabatur. Gothi Atalarico interfecto: Totilam in Regnum uocauere, priusq; cum Romanis coniungeretur: quos ipse timens, maxime cupiebat. Athauades ab exercitu Totilæ apud Trebiam fluuium fusus fugatusq; est: In quo proelio Atauades, ipse armenius ad singulare certamen Valarim Gothum prouocauit, spectante utq; exercitu: Qui cum Valarim hasta transfodisset, ipse equi impetu interfecti cuspide transfigitur, ac tertio die obiit: et omnia militaria signa ad Totilam delata: Qua uictoria humanissime usus est, captiuis omnibus libertatem donans: et parte copiarum sub Roderico et Vliari i Huscia

Mors Idomadi Regis

Mors Atalarici Regis

Totila gothorum Rex eligitur.

Mors Atauadis: et valarii dis in singlari certamine.

Humanitas Totile i captos.

missa: Iustinum intra florentiæ moenia ob
sederunt. Bessas Cyprianus, & Ioane urbē iopia
rei frumentariæ laborantem, obsidione sol
uerunt: In proelio creditum Ioannem fu
isse mortuum: Iccirco sui omnes fugam ca
pessunt: nec Gothi urbem tenuerunt: Atq;
ita finitum est septimi anni bellum:

Vrbs obsidione
Liberatur.

FINIS: LIBRI: QVINTI. LIBER. VI.

SEquenti anno Totila in ethruriam
transiit. Inde traiecto Tyberi, Bene
uentum moenibus spoliauit: Nea
polim obsedit: Cuius præsidio pre
erat Conon: Partem tamen excercitus Cu
mas misit: in qua quasdam nobiles muliere
Romanas inuentas, parentibus ac maritis
liberas remisit. Apuliam Lucaniam et Bru
tios in ditionem habuit. Eius duces custodi
endas urbes inter se diuisere. Ioannes Ro
mam. Bessa Spoletum: Cyprianus Perusia3
Iustinus Fesulas, Constantianus Rauēnam.
Interim Neapolis acrius obsidetur. Totilas
Neapoltanis ditionem suadens: Indutias tri
ginta dierum petentibus concessit. Ad extre

Totila bene
uentum moenib
spolia v i t.

Vrbes inter
Duces diuisæ.

Induciæ. xxx.
dies neapolitais
a Totila concesse

mum Neapolis dedidit se/ nulla facta uiolen
tia: Et Cononi cum nauigijs abire permissu/

Belisarius iterum ad bellum Italicum eligitur.

Iustinianus cognitis his rebus: Belisarium/
qui aduersus parthos bellum gerebat: iteq;
ad bellum italicum uocauit. Hidruntum pri
mum Belisarius obsidione liberat/ misso va
lentino/ ipse Rauennam uenit. Tum Totila

Hidruntum obsidione liberatur.

Totila Tyburi POTITVR.

Tyburi in potestatem accepit. Inde Ansium/
obsedit. Firmum quoq; & Asculum in ditio
nem habuit/ Spoletumq;. Cyprianum qui

Mors Cypani.

Perusiæ præerat/ a suis militib⁹ interfici cu
rauit:

Frumētū Romanoq; a Gothis interceptum

Vigilius Pontifex Romanus cum Theodoræ
promissa non seruasset: vocatus Constanti
nopoli in Sicilia consedit: magnamq; frumē
ti uim Romanis misit: quod a Gothis inter
ceptum est:

Belisarius copijs apud Dirrachium coactis/ hi
druntum uenit: Gothos obsidentes pellit. In
Romam petit. Totila pontem in Tyberi erigit:
præsidia collocat/ ne possint nauigia penetra
re. Quem pontem Belisarius aggressus cepit/
ducentis uiris in eo crematis. Interim captā

Pons a Belisario in Tyberi captus

Hostiam a Gothis in qua erat Belisarij uxor phama uagatur. Tum Belisarius e media uictoria reuocatur: et præ dolore febre correptus diu egrotauit; Vnde Romani qui annona laborabant in magnas calamitates inciderũt.

Hostia a Gothis capta.

Belisarius pre dolore egrotat.

Quatuor Isaurici milites de prodenda urbe Totilæ consilium iniere. Per muros nanq; Totilæ milites acceperunt: & perfracta securibus Asinaria porta, exercitum admiserunt, non sine ingenti cæde. Totilæ de Laterano ad sanctum Petrum descendenti: Pelagius obuiam factus est, inquiens: Parce Rex supplicibus tuis. Totila superbo vultu inquit. Pelagi nũc mihi supplicans aduenis. Respondit Pelagius. Nunc uere, quando te mihi dominum deus esse uoluit. Miserere igitur seruorum tuorũ. Motus his uerbis Totila, a cæde abstinuit: Bona tamen omnia Romanorum, militibus cõcessit: Corpora libera esse iussit. Hac victoria cum superbirent Gothi eos arguebat, fõtunæ commutationem commemorans. Et enim ducenta Gothorum milia: a septẽmilibus Græcorum duce Belisario fugata: et

Vrbs per Isauricos milites proditores gothis traditur.

Ingresso urbem Totile Pelagius supplex occurrit et ueniã ipetuit.

Bona Romanorũ militibus cõcessa.

Totila superbiẽtes milites increpat fortunę uarietatẽ ꝛmemoraꝫ.

pene tota Italia eiecta/ referebat. Item quatv
or Gothorum milia rursus, viginti milia
superasse. Absoluit præterea Totila Rusti
cianam mulierem: quæ ob uindictam Bœ
til mariti/ & Symachi patris/ Theodorici sta
tuas confregisset: Iustam reputans eius
iram. Misit præterea oratores ad Iustinia
num: Inter quos Pelagium: qui nuntia
rent/ aut pacem Gothis daret: aut Romam
solo æquandam sciret. Interim Belisarius
apud Portum quiescebat. Iustinianus nil
aliud Legatis respondit. Belisarium esse
in Italia: qui eius arbitrio ageret. Pelagi
Romam rediens/ quæ a Iustiniano accepe
rat/ Totilæ exponit. Ille ira percitus: urbē
euertere statuit: et primum tertiam mu
rorum partem diruit: Capitolium incēdit
et magnam urbis partem: populo per Cam
paniæ oppida dispersо: Senatores et patritio
obsidum loco penesse detinens: Vacuam et
desolatam urbem reliquit. Inde contra Ioā
nem ī Calabriam perrexit. Lucanos et Bru
tios cepit/ preter Hidruntum: quo Ioānes

Humanitas Totilei Rusticianā mulierē

Oratores Totile ad Iustinianum.

Rñsio Iustiniani ad oratores Totilæ

Roma a Totila diruta et ī censa: ~//~

Lucani et Bruti a Totila capti.

ipse confugerat.

Interim Spoletana arx deditur: et cum Totila Rauennam petere statuisset: Belisarius febre liberatus/ Vrbem Romam desolatam ingressus/ iterum illam statuit munire. Breui igitur fossis/ alijsq; munimẽtis confectis/ multos redeuntes Romanos accepit. Quod Totila intelligens/ relictis rebus omnibus/ Romam properauit. Nondum portas urbi Belisarius imposuerat. Totilæ tamen impetus magno animo repulit: et congressus illi uictor euasit. Totila obsidionem soluit. Belisarius fabricatis portis claues urbis ad Iustinianum misit/ Gothici belli anno duodecimo.

Belisarius desolatam Romã restaurat:

Victoria Belisarij de Totila.

Obsidebatur eo tempore Perusia: quo Totila profectus est. Ioannes Vitalianus ex Brutijs in Campaniam rediẽs Multos Romanorum obsides Totilæ liberauit. Quod Totila intelligens magna celeritate ꝑ picenũ ac ꝑ Pelignos & Samnites in Apuliam properans/ transuersis itineribus in Brutios profectus est: et Ioannem bello superatum castis

Ioãnes obsides Ro. liberauit.

Victoria Totilæ de Ioanne:

Duces Belisarii a Totila profligantur.

exuit. Valerianum Armeniorum ducem et Barbationem qui Brutiorum fauces custodiebat ex improuiso aggressus, magna cæde profligauit. Phasas cum suis omnibus interempt. Barbation Thrax cum paucis ad Belisarium confugit.

Mors Phasaeci suis omnibus.

Conon obauaritiam primitur.

Dum hæc aguntur: Conon Romæ Præfectus a militibus suis interficitur: quoniam in tanta annonæ charitate, omnia carius uenderet: Cuius facinoris ueniam a Iustiniano obtinuerunt. Totila ditione Ruscianum capit.

Ruscianum Brutiorum oppidum a Totila diu obsessum, per ditionem capitur.

Belisarius metu ignam proficiscit.

Belisarius metu in Græciam proficiscens: Romę tria militum milia sub Diogene Legato reliqt.

Perusia capitur a Gothis.

Tum Gothi obsessam Perusiam capiunt. Totila compositis Brutiorum et Apulie rebus ad urbis obsidionem redijt. Primum hostiam expugnauit. Inde post longam obsidionem.

Roma ditione Isaurorum militum a Totila capitur.

Isaurorum militum proditione, qui ad hostiensem portam excubabant, Romam capit. Diogenes ad centum cellas confugit. Paulus quidam ex Cilicia proficiscens, ad Hadriani

Pauli cilicis magnanimitas.

molem uenit cum quadringentis equitibus: Ibiq; magnam Gothis cædem intulit: Sed obsessus cum euadere non posset: persuasit suis, ut omnes in proelio egregia morte conciderent. Quod Totila sentiens, ditionem facientib, Libertatem promisit: uolentib, præsertim apud se militare. Omnes cum eo remãsere, preter Palum et mundum Isaurum: qbus domum redire imperauit. Totila Romanos ad sacras ædes confugientes, reuocauit: Ludos equestres concessit: Vrbem reparare nixus est: Cui ante q̃ Roma capet, a Diuo Benedicto prædictum est, ipsum urbe potiturum: Siciliam intraturum: Et demum nono sui Regni anno superatum, occubiturum:

Libertas Paulo & suis militibus a Totila concessa.

Ludi a Totila Romæ istituti.

Diui Benedicti PROHOSTICON.

FINIS LIBRI SEXTI. LIBER SEPTIMVS.

Diogenes Vrbe relicta, Centum cellas petijt: et pactus indutias, Vrbem ni auxilia uenissent, intra statutum tempus, redderet: Totila in Siciliam transiens, capto Tarento: Regium obsedit. Inde Syracusas obsidione cinxit. A Gothis qui in Picentes missi erant, Ariminũ

Indutiæ a Totila Diogeni datae.

Tarentum a Totila captum.

Ariminum a Gothis captum.

capitur.

Gerinus cū copijs a Iustiniano in Italiam mittitur.

Interim a Iustiniano Gerinus cum copijs ī Italiam mittitur: a quo afflictis Italis spes maxima data est. Nec Diogenes ppca Cētūcellas reddidit, sentiēs Germani aduentum. Hidrūtuz et Centum cellæ cum paucis quibusdam oppidis pro Iustiniano in Italia tenebantur: Reliqua a Gothis possidebantur:

Hidruntū et centum celle Iustiniano fideles

In tanto rerum motu, Lybus quidam in Siciliam traiecit: et res Totilæ perturbauit. Iustinianus mutato consilio, Narsetem eunucū Italico bello præfecit, Ioanniq; imperat, ut ei pareret. Fuit hic Narsetes Imperatoris pecuniarum dispensator, et rei bellicæ peritissim; religione et pietate præstans, et barbaris Regibus amicitia iunctus. Totila relictis ī Sicilia quatuor ducibus, in Italiam redijt: classemq; in Græciam misit: Corcyram diripit. Epyrum: Ætholiam, Acarnaniamq; uexat: Et per alios duces Anchonam terra mariq; septem et quadragīta nauib; longis obsedit. Sed eius presidio erat Valerianus: et accersito Ioanne, qui Salone erat cum triginta na

Narses a Iustiniano Italico bello præficitur.

Corcyra a Totila direpta et Epyr' Etholiaq; uexata.

Gothi a Valeriano ex anchona FVGATI.

uibus longis auxilio ueniens, fugauit gothos. Quo proelio non nisi decem Gothorum naues euaserunt. Hac clade perculsus Totila, magnũ copiarum numerum e Sicilia reuocauit: Quo tempore Alboinus maximas eruloruz hunnorumque copias Gothorum auxilio in Italiam miserat. que apd Aquilegiam consederunt. Interea Totila Papiam uenit. Narses cum parte exercituſ Rauẽnam se contulit: & apud Venetiam ædem Divi Theodori martyris: ubi nunc est templum sancti Marci. Aquilegiam instauranit, ab hunnorum Rege destructam: et veteranis stipendia persoluit. Paucis diebus post Romam iter intendens: apud Vmbricium amnem Vsdrialem gothum, qui Arimino prærat, obuium habuit: qui ab Erulorum equitu interfectus est.

Ex. VII. et. XL. gothoz nauib⁹ decẽ dũtaxat euasere.

Copie eruloz et hũnoz ab Alboino i Italiam missae.

Aedes diui Theodori a Narsete dedicata.

Mors VRIALIS GOTHI.

Interim Longobardi multas iniurias Placẽtinis et Parmensibus inferebant. Quo delatã Totila: acre proelium commisit: ubi superatũ interficitur non sine ingenti gothorum cede. Qui superfuere: Theam sibi Regem creauere.

Longobardi Placẽtinos lacessunt.

Mors Totilae.

Theasa gothis Rex creatur.

qui Burgundos et Gallos belli socios asciuit.

Narnia et Perusia a Narsete capte et Roma obsessa.

Eodem tempore Narses Narniam et Perusiam cepit: et Romam obsedit. Sed ubi de societate Burgundorum cum Thea intellexit/nisi Silualdus Brentorum Rex ad eum defecisset/ maximis fuisset in laboribus. Obtinuit tamen vrbem ui atq; armis: et paulo post arces per pactionem cepit. Centum cellas quã Gothi in suam potestatem ceperant/ suae ditionis effecit. Theas Arimino subuenire statuit: q̃ a militib; Narsetis obsidebat/ Insimulansque Ethruriam proficisci: Per Pontem tremulum repente Ariminum se contulit:

Roma ui atque armis a Narsete capta.

Interim Narses Campaniae ciuitates praeter Cumas/ ubi ingens pecunia erat/ in suam ditionem accepit: quas per suos milites obsedit.

Cumae a Narsetis militib; obsesse

Theas relicta obsidione Cinguli/ Luceriam dedentibus oppidanis/ accepit. Cui ppere Narses occurrit in Apuliam: fluuius erat in medio duorum exercituum: ponte a Thea occupato: Et commisso acri praelio usque in noctẽ protracto Theas interijt. Deinde petentibus Gothis/ PAX/ data est: et nomen

Luceria a Theagothorum Rege capta.

Mors Theae Regis Gothorum

Pax gothis a Narsete data.

tunc Ostrogothorum penitus euanuit. Nã qui prelio superfuere/Itali dicti sunt. Gothi qui transpadum erant/Theobaldi duces in societatem traxerunt: et forum Cornelii et Lucam præsidio firmarunt. Interim uenit Narses: & ad fluuium Auserim castris positis/ambas ciuitates obsedit. Luca septimo mense capitur: Forum cornelij expugnatum solo æquatur. Centum hostium milia eo proelio cecidisse affirmatur. Totidem apd Luceriam/ubi cecidit Teas. Dagisteus contra Sidualdum rebellem profectus est: et captum ab alta trabe suspendit: et tunc belli Gothici finis fuit/octauo et decimo anno postq̃ fuerat incohatum.

Ostrogothe penitus deleti.

Luca a Narsete capta: et forũ cornelij solo aequata.

Cẽtũ gothorũ milia cesa.

Mors Sidualdi rebellis.

Finis belli Gothici

Interim Narses recuperata Arimino et cũctis oppidis in Picentibus/quæ a Gothis tenebantur: ad urbem contendit: eiusq; restaurationi operam dedit: Cuius opus põs est in uia salaria.

Iustinianus quadragesimo Imperii anno obiit. Cui successit Iustinus minor: Apud q̃s perditissimi ciues Romani Narsetem accu

Mors Iustiniani Imp.

Iustin' minor IMPERATOR

Sophia Iustini VXOR

Narses iniuste accusat. Lõgobardos i Italiã VOCAT

Mors Pelagii. Ioannes papa Narsetẽ reliat.

Mors Ioanis et Narsetis

Mors Theudis Visegothy

Mors Agilanis

Atanalgilis

Ostrogothe i Italia deleti.

sauerunt/eius opibus inuidentes. Sophia Iustini uxor suasit uiro: ut Longinum Narseti successorem mitteret. Narses audito successoris aduentu: ex urbe Neapolim commigrauit: Indeq; ad Alboinum Regẽ in Pannoniam misit/ rogans ut Longobardos in Italiam duceret. Sed dum moratur/ obiit Pelagius: & Ioannes papa suffectus est. qui Narsetem indigna passum audiens: eũ Neapoli conuenit: et cuncta quæ uoluit/ impetrauit/ reduxitq; Romam. Narses itaq; Longobardos hortatur/ ut in Pannonia se continerent: Sed eodem anno ipse et Ioannes mortui sunt: cum Ioannes duodecim annis sedisset: et Narses Romae annis ferme decem:

Per eadem tempora uarii fuere Iustini casus. Alamarico successit Teuda: qui secundo anno a suis interficitur. Cui successit Agilantes: sed nono anno in conuiuio obtrũcatur. Cui successit Atanalgilus/ qui regnauit annis viginti duobus in hispania. Quo tempore Ostrogothe in Italia deleti:

ALani cum Visegothis ita coaluere i hispaia: ut sensim in illorum nomen transirent. Nam Catalani uocati quasi per corruptionem Gothi alani: ibiq; per mille annos permansere.

Vnde catalani dicti

LOngobardi a Longitudine barbe dicti: quorum ducibo defunctis/ creatus est Rex Agemundus: quo a Bulgaris interfecto: Lanvsius suffectus est: qui Bulgaros maximis afflixit calamitatibus ALboinus quem sup̃ diximus: Cunimundum Gepidarum Regem interfecit: et in Italiam transiens: Pãnoniam hunnis concessit habitandam:

Vnde Longobardi dicti.

Mors Cunnimundi Regis.

FINI SEPTIMI LIBRI. LIBER OCTAVVS

ANno Centesimo sexto et quinquagesimo post Imperii inclinationẽ Benedictus Pontifex creatur/ qui Ioanni successit: Sub quo Longinus nouum in Italia duxit Exarchatum: qui interpretatur summus Magistratus: Et Rauennæ continens se/ nunq̃ uenit Romam.

Quando primus exarchatus in Italiam.

POstea uero Ducum nomen inuentum est.

Quando ducum nomen inuentum.

ALboinus Vicentiam/ Veronam in ditionem ac

Verona ab Alboino p ditionẽ capta

Mediolanum ab Alboino captum et euersum.

Fames i Italia.

Papia ab Alboino Rege capta.

Verona sedes REGNI:

Alboini facinus inauditum.

Rosimunde patris vltio:

Mors Alboini REGIS.

cepit: Sed Mediolanum suadente episcopo Honorato deditionem fecit: quam diripuit: Papiam q; obsedit: Italia fame Laborante: Roma substetatur/ misso frumento ex Africa per Iustinum: et pariter oppida quæ manserẽt in fidem. Papia triennio obsidionem passa, capitur. Alboinus victoria Lætus/ Veronam se contulit: vbi Regni sedem constituit: et dum in sollemni cõuiuio Rosimundam uxorem/ in patera quæ ex craneo patris facta erat/ bibere coegisset/ illa tantã iniuriam statuit vlciscì. Helmeridis forma erat præstans/ per ancillam in Regius cubiculum ductus Rosimundæ consilio/ Alboinum obtruncauit:

Interim mortuo Iustino: Tyberius Imperator creatus est. Mulier inconstans Helmeridem virum in balneo interficere cupiens: venenatum poculum illi tradidit: Cuius cum medietatem hausisset: sentiens corporis commotiõẽ: reliquum tradidit vxori: recusantemq; gladio bibere coegit. Itaq; ambo eadem die periere:

Clephen Rex crudelissimus

Longobardi Clephen Regem creauerunt: qui fuit crudelissimus: Nobilitati præsertim hostis

accrimus.

acerrimus: Cuius terrore multi in paludes et Venetam ciuitatem se contulerunt: Cuius tũc maximum fuit incrementum. Hic Rex forꝛ cornelij ædificauit: & Imolam appellauit. Tũc obijt Benedictus quarto sui Pontificatus ãno. Et Pelagius secundus absq; decreto Imperatoris contra consuetudinem substitutus est.

Maximum venetiarum incremẽtũ

Forꝛ cornelij ab Aclephi Rege edificata.

Mors Benedicti PAPAE

CLephis secundo anno Regni sui/suorum dolo interfectus est: Nec Longobardi Regẽ creare uoluerunt: sed tantum triginta duces.

Mors clephis REGIS

Tyberius interea morbo correptus: Mauritius generum Cæsarem designauit:

Dum hæc aguntur: Theobaldus interfectus est: et Regnum Clotarius patruus accipiens apd Parisius paulo post moritur: relictis quatuor filiis/qui sibi Regnum diuisere.

Mors Theobaldi Re 918.

Mors clotarii REGIS.

Per idem tempus Gregorius Papa Gordiani Senatoris filius/religioni deditus/sex monasteria in Sicilia paternis facultatibus ædificauit: domumq; suam Romæ religioni dicauit.

Gregorius papa doctor ecclesiae.

Longobardi in Gallias transeuntes/proelium instaurarunt: magnas strages illis populis dedere. Deinde consulente Anthberto Gallorꝛ

Anthbertus gallorꝛ Rex.

Rege in Italiam rediere:

PRODIGIA. Hoc rerum statu Tyberis aliquibus in locis ur
bis menia superauit. Italia fame concussa
et pestilentia quæ innumerabiles populos
absumpsit laborauit: Qua contactus Pela
gius obijt. Tunc uisum est placari dei iras:
et Gregorio cura est commissa: qui tunc Le
tanias et supplicationes instituit: et a clero
ac populo Pontifex appellatus: et ab Imperato
re litteris confirmatus.

Mors Pelagij Pontificis

Letanie ad placandum dm a Gregorio institute

Richardus Visigotharum Rex: hortante Le
andro: septuaginta duorum episcoporum
synodus apud Toletum coegit: In qua Ri
chardus ipse cum gente sua Arriana heresi
abdicata: catholicam fidem complexus est.
et Gallorum Regis filiam in uxorem accepit.

Synodus duorum & septuaginta episcoporum a Ricardo apud Toledum facta

Hoc tempore Gregorius Melitum Augustum
et Ioannem monachos in Angliam misit: gē
temq; illam ad baptismi gratiam remisit.

Anglia sub Gregorio ad christi fidem conuersa.

Interea Mauritius Imperator hunnos ex pā
nonia pepulit: et Theodosium filium: et Ger
manum socerum Cachanumq; multis cladi
bus affecit.

Hunni ex Pannonia a Mauritio fugati.

Quo tempore Agilulfus Rex tres ex suis duci bus interfici curauit/ propter rebellionem an tea factam. Et Zoto Beneuentanus dux/ ruptis indutijs/ Casinum inuasit: Monaste rium a fundamentis euertit: Sed paulo post mortem obijt: Cui Arisis est subrogatus.

Duces ab Agiul fo interfecti:

Casinate mo nasterium a Zoto euersum.

Agilulfus Romam obsedit per annum: Quae in maximas calamitates compulsa est:

Interea Saraceni Siciliam ingressi/ maritimã oram omnem incendio uastarunt. Sclaui histriam et Dalmatiam occupauere: a quib sclauonia dicta est.

Sicilia uastata a Saracenis

Vnde Sclauonia DICTA

Per hoc tempus Seuerus Aquilegiensis patri archa in heresim prolapsus est: et hortante Gregorio a Ioanne Rauennate renuntia uit: tamen postea redijt ad vomitum. In cu ius morte Aquilegiensis ecclesia scissa est.

Seuer Aqlegien sis Patarcha he retic us.

FINIS LIBRI OCTAVI: LIBER NONVS

PHocas apud Constantinopolim Imperator receptus: et Romae de claratus est: ac sua & Leontiae uxoris imagines inter alios Au gustos collocatae sunt. Agilulfus Cremonã

Phocas Impator

Cremona solo aequata

triginta diebꝫ expugnatam ſolo æquauit: ⸗
Mantua menibus exuta

Mantuam quoq; pari dierum numero depugnatam/ moenibꝫ exuit:

Mors beati gregorii. PAPAE.

Per idem tempus beatuſ Gregorius quartodecimo ſui Pontificatuſ anno migrauit in celū. Cui ſuffectus eſt Sabinianus.

Sabinianus ppa

Interim fame ſeu ualida inuaſit Italiam.

Fame ſeu in Italia

Mortuo Sabiniano/ Bonifacius quartuſ eſt ſuffectus/ ex Mãſor urbe Valeria oriūduſ: a nōnullis Marſia dicta.

Bonifacius ppa MARSVS.

Interea in Oriente et Africa magni motus excitantur: et Coſdroas Rex Meſopotaniam occupat: Ciuilia bella inſurgunt. Tū Phocas a coniuratiſ obtruncatus: et Heraclius Imperator conſtitutus.

Coſdroaſ Rex

Ciuilia bella

Mortſ Phocae Imperatoris.

Ludouicus burgūdiæ Regis filius Italiam ingressus a Berengario capitur et condition oneri beta tv R J

Sex Imperatores Italia oriundi ꝛ

INterea Ludouico Imperatori apud Gēma
nos defuncto: Corradus Austriæ dux suc

Coradus defūcto Ludouico succedit

Ludouicus boso nis burgūdio a Berengario capē: et occeca tus dimittit v r

cessit: Et Ludouicus Bosonis Burgundio contra iusiurandum Berengario secundo prestitum, Italiam ingressus: Veronam cepit: Vbi a Berengario captus: occecatus abire permittitur.

Albericus a Romanis captus et interfectus

ROmani auxilio Spoletani ducis freti, Orthonum obsidentes oppidum: Albericum Marchionem ceperūt, suppliciumq; de eo sumpsere.

Beneuentum a Saracenis captum et incensum

SAraceni Garganum montem tenentes: Beneuentum ui captum incendere: Et Romanorum fines inuaserunt. Ex quo Itali animis adeo procubuere: ut in pluribus oppidis simul cum saracenis habitarent.

Itali cū Saracenis simul habitantes.

Saracenis a Guidone Italia pulsis.

Sed Guido illis Italie finibo expulsis: in vrbem regressus est: Et Ioannem pontificē decimum, de se ac Romanis optime meritum interemit. Cui Leo sextus successit.

Mors Ioannis Pape decimi.

Leo Papa sextus

Papia ab hūgaris ui capta et mag expte deleta

HVNGARI ad quos Berengarius confugēt, Salardo duce Italiam petiuerunt: et Papiā ui captam magna ex parte deleuerunt.

Berengarius tertius Italiam īgredit

Defuncto Berengario apud Bauaros: Berēgarius tertius in Italiam uenit Stephani

temporibus: Saracenis Etruriæ oram mari timam populantibus: qui et Lanuam obsidione ceperunt: trucidatis, qui arma ĩduerant: impuberibus ac mulieribus classe adductis.

Saraceni lanua capta armatos iugulãt ipsi bereſ etmuliereſ ſecũ ducentes

MOrtuo Stephano: Leo ſeptimus ſucceſſit: et tertio eius Pontificatus anno, Henricus Germanorum Rex obijt: cui ſucceſſit otho.

Mors Stephani papæ

Leo papa ſeptimus.

Mors Henrici Regis

Otho REX

AGabitus Pontifex, et multi Italiæ proceres Othonem in Italiam uocarunt: qui per forum Iulij cum quadraginta armatorum milibus ingreſſus eſt. Berengarium et Albertum Regno deturbauit: Quibus ueniam dedit. Aliundam e carcere eductam uxorem duxit: ex qua filium ſuſcepit, nomine Othonem.

Agabitus papa

Otho ĩ Italiam uocatus Berẽrengario et alberto Regno detũbatis ueniãdedit

Aliunda othonis VXOR.

INterim Agabito Romano Pontifice defũcto: Albericus quidam ciuis Romanus puum Octauianũ filium Pontificem creari obtinuit: Qui poſtea Ioanneſ duodecimus appellatus eſt.

Mors Agabiti papæ.

Octauianus puum ad põtificatum aſſumpt.

OTho compoſitis in Gallia rebus: Boleſlaum Bohemorum Regem perdomuit: Et hugonẽ

Boleſlaus ab othone pdomitus

Hungari ab Othone deleti quorum tres reguli capti laqueo sunt extincti.

comitem Parisiensem compescuit. Hungaros Germaniam uastantes/ad internitionē deleuit. Tres reguli capti: et in eius potestatem ducti: Quos Germani prohibente Imperatore/ laqueo necauerunt. Otho Italiam ingressus/ Berengarium et Albertum filios in potestatem accepit: Et alterum Constantinopoli: Alterum in Austria relegatum: ambo in squalore uitam finierunt:

Mors Berēgarij et Alberti filij exulātium.

FINIS LIBRI SECVNDI. LIBER. III.

Otho Imperator Aug. a Leone pōtifice Rome coronatur

OTHONEM Romam petentem a Ioanne Pontifice duodecimo honorificentissime susceptum coronatumq; quidam tradunt. Populus ac clerus Romanus/ Leonem ciuem Romanum in Pontificem elegit/ et Otho cōfirmauit: Sed Populus Romanus a consanguineis Ioannis instigatus/ eiecto Leone/ Ioannem reuocauit. Leo ad Othonem Imperatorem confugit: quem cum armis Othoī pristinum statum reducere curaret: Ioānes paucos post menses obijt: et Leo tertio post mense uita decessit. Quo tempore et Cle

Leo pontifex a Romanis deijcitur: Ioāne ab eis reuocato

Mors Ioānis et Leonis Ro. Pontificum.

ro et populo eligendi Pontificis auctoritas i
data. Sed defuncto Leoni: Ioannes decimus
tertius successit. Otho cum filio ex Germania
in urbem Romam exercitum duxit: Consu
lesq; ac praefectum cũ Decurionibus in carce
rem coniecit: qui capturae Pontificis causa
fuere. Consules in Germaniam deportauit:
Decuriones Laqueo necauit.

Ioannes XIII PAPA

Cõsules Ro. ab Othone i Germania i uiculis depõtati. decuriones uero lãqo necati

INTER haec Sclaui qui sub Hadriano secũ
do et Sueropilo Dalmatiae Rege idolis serui
ebant, christiani facti sunt.

Ioanne Pontifice in carcere uitam agente: Sa
raceni ex Africa in Brutios sunt delati. Con
sentiam ui captam incenderunt. Cadulfus
Capuae Princeps Imperatori suasit: ut exer
citum in Brutios mitteret: Et misso Othone
filio: Saraceni Italiam reliquere. Paulo post
Otho primus in Vienna obiit: et Bonifacius
septimus Pontifex Ro. Qui a Romanis
quartodecimo post mense Constantinopoli
relegatur. Cui successit Benedictus septim.

Cõsentia a Saracenis capta et incensa

Saraceni Othone Italia pulsi et eiecti.

Bonifacius papa e X V I.

Benedictus Papa Septim.

OTHO Cum coniuge in Italiam uenit: Dein
de classe delatus, uastata Dalmatia, Roma

Otho cũ cõiuge in Italiam uenit

Otho fugiens a pyratis capt in siciliã ducit: grãdi q; pecunia redẽptus libat: et Romã rediens de pyratis supplinũ sũpsit. & Beneuentũ incẽdio cõsumpsit.

perijt: et cum Imperatoribus græcis cõflixit. exercituq; amisso/ superatus est: et turpifuga in Scapham conscendens: a pyratis ig rantibus quis esset/ captus: in Siciliam est perductus. Ibiq; recognitus/ ingenti pecunia promissa liberatur: Et Romam missus/ de Pyratis supplicium sumpsit: Et cum Romanos qui proelio fugerat/ ulcisci non auderet: in Beneuentanos similis culpe reos excanduit: eamq; urbem incendit: Asportatis inde diui Bartholomei apostoli reliquijs et in Insula Romæ collocatis: quæ primo Iouis hostia Licaonia dicta est. Ipse Romæ obijt: et apud beati Petri Basilicaz sepultus:

Corp diui bartholomei Romae delatum

Othonis Imperatoris obit

Bonifacius/ quem Constantinopoli relegatũ diximus: genitoris ferucii potentia in vrbem redijt: Et Ioannem quartum decimũ cepit: in arceq; Hadriani interfecit. Ipsei sede repositus: vndecimo mense apoplesi suffocatus est: Cui successit Ioannes decimus quintus: Quo uita functo/ Gregorius quintus iubente Imperatore assumptus est. v

Ioannes. xiiii. ppa. a Bonifacio abexilio redeũti occidit.

Mors Bonifacii Papae

Ioannes xv. ppa.

Gregorius. v. Pons. MAX ~

Crescentius urbis muros portasq; muniuit: et Hadriani molem restituit: Vnde postea castellum Crescentii appellatum est. Sed Imperator cum Romam uenisset: eamq; obsedisset: populus ad misericordiam cõuersus/ Germanos patentibus portis admisit. Crescentius et Ioannes consilij inopes in arcẽ Hadriani se addiderunt: Cumq; capi non possent ui: dolo sunt detenti. Nam spe salutis data: cum ad Imperatorem secõferrent: in Itinere intercipiuntur. Crescentius confossus est: et Ioannes oculis priuatus. Tum Gregorius quintus post undecimum suæ fugæ mensem restitutus est: / sanctionemq; de Imperatoris electione fecit/ anno christi Millesimo secundo: quæ per annos supra quadringentos seruata est: Solis licere Germanis Principem deligere: q Cæsar Romanorum sit appellatus: si a Romano Pontifice comprobetur: et Imperator Augustus nominetur. Electores sex cõstituti sunt/ omnibus noti: quibus additus est septimus Rex Bohemiæ:

Hadriani arx ĩ castellũ crescẽtij nomen transit

Roma ab Impatore obsessa: populo supplici parcitur At Crescẽtius dolo captus occiditur et Ioannes cecatur

Gregorius pontificatui restituit

Sanctio de Imperatore eligẽdo a Gregorio.v. Pontifice Mãx. fac T A

Sergius Papa 3.
Ioānes papa

GRegorio defuncto Ptholemeus sergius tertium suffectum tradit. Alij Ioannem decimum septimum dicunt. Quo ad decimum mensem mortuo / Siluester secūdus est subrogatus: qui tum erat Rauennæ archiepiscopus.

Siluester. ppa. secvndvs.

Sergius papa. 4. fames i Italia

SErgio quarto Romano Pontifice sedente magna fames afflixit Italiam: Et Michael Catalaicus Constantinopoli Imperabat.

Michael Catalaicus Impator

Benedictus papa octavvs.

BENEDICTO Pontifice octauo sedente. Otho in Italiam rediens: Romæ obijt: Cuius corpus in Germaniam reportatur. Creditum est veneno a Romanis necatum. Germani electores Henricum Bauariæ ducē Cæsarem declarauerūt: qui duodecimannis distulit aduentum in Italiam.

Mors othonis Imperatoris

Henricus Imperator declaratur

Capua a saracenis capta et Barū obsessum

INterim Saraceni Capuā urbes cepere/et Barum obsiderunt: Cui famæ laboranti Veneti commeatum deportauerunt: nec propterea soluta est obsidio. Sed paulo post Græci & Veneti coniuncta classe/saracenos multis suorum occisis/repulerūt

Saraceni a Græcis et Venetis in genti accepta clade repulsi:

OCTAVO circiter et millesimo post christi aduentum sequenti anno Turci hierosolymam ceperunt:

Hierosolyma a Turcis capitur

GVILIELMO Notmano defuncto: Drogo frater in Apuliam successit.

Guilielmi normani mors. Drogo Apuliæ DOMINVS

HENRICVS Romam ueniens a Stephano octauo Imperator appellatus/ coronatusq; est: Et Capuam mouens/ Saracenos inde expulit.

Henricus a Stephano cōnat. q Sāceno capua pepulit

ERexerat per id tempus Bubaganus in Apuliæ finibus vrbem Troiam a fundamētis ilocis/ q̄ castra Hannibalis appellantur. Moxq; in eam urbem Henricus castra mouit: dedentesq; se ciues/ benigne excepit. Laudaturq; q; nullam mulierum unq̄ preter Simegundam uxorem cognouit: ferturq; utrunq; miraculis claruisse. Cuius temporibus florentini fesulas cepere: Ex cuius populo ac ruinis aucti sunt. Obijt autem Henricus anno quarto et vigesimo supra millesimum salutis nostræ.

Quando Troia Apuliæ a Bubagano fundata:

Hānibal castra.

Henricus Troiā in ditionem accipit

Laudata henrici cum Simegūde vxore Castimoīa.

fesulæ a florentinis captæ

EO anno Michael Catalaicus Græcorum Imperio potitus est. Et defuncto Stepha

Mors Henrici Imperatoris

Michael Imperio potitus

Ioannes PAPA

no Pontifice Ioannes eius frater successit:
Et in Germania Corradus Sueuus Cæsar
electus est: Qui cum exercitu in Italiam
ueniens obstinato animo: ut Mediolanu
rebellem urbem incenderet: intra missarum
sollemnia beatum Ambrosium vrbem tu
entem uidit. Tum Romam profectus:
a Ioanne decimo nono est coronatus.

Corradus sueuus Mediolanu obsidet bto Ambrosio sibi i defessioes appente obsidione solut: et Romā uenit a Ioanne decimo nono est coronatus

Mors Michaelis Imperatoris:

PER IDEM tempus defuncto apud Con
stantinopolim Michaele: Michael ethori
chus successit. Defuncto Ioanne vndeuige
simo: Benedictus nonus successit in Ponti
ficatum. Cinnitus Rex Anglorum deuo
tione ductus Romam uenit. Alboinus du
hungariæ Regno potitur: Henricus repen
te illum detrusit. Romani Benedictum no
num vrbe deiecerunt: Et Ioannem Sabi
nensem episcopum suffecerunt: Siluestri
tertium appellantes.

Michael ethori chus Imperator.

Mors Ioānis ppe.

Cinnitus Rex Anglie Romā uenit

Alboinus hūgaria potitus: Ab Henrico repēte detru D I T V R.

Benedictus. ppi. IX. a Romānis eiect.

Siluester tertius Ro. Pontifex

HENRICVS composita pace in Germania
transijt. Tum Astuni oppidum a Sarace
nis occupatum. Et Clemens nono sui Pon
tificatus mense/ueneno extinctus/q Ste

Astuni oppidū a Saracenis occupatū.

Mors Clemētis Papæ NO NI

phanum successorem parasse creditum est. Qui Damasus secundus est appellatus: et vigesimo sui Pontificatus die uitam finiuit.

Damasus ppa. SECVNDVS

ROMANI ad Imperatorem misere, qui Pontificem daret. Is Bauronē episcopum Tullēsem virum simplicem ad Papatum promouit. Cui Abbas Cluniacensis, et Hildebrandus monacus obuiarunt: et ueluti Apostatam cōripientes, suaserunt, ut Pontificia ornamenta deponeret, ab Imperatore non habente potestatem, concessa: Cumq; peregrino habitu indutum Romam duxere. Qui cum in cōspectu Cardinalium et populi stetisset: se uelut incautum accusauit: q. Imperatori paruerit rogauitq; ne sedem Petri vacare diutius sinerent. Clerus suadente hildebrando Bavnonem in Pontificem elegit: Leonem nonū uocatum. Tum quoq; Guaimaro Salerni Principi a suis interfecto Gisulfus subrogatus est.

Bauno Tullēsis eps ab Imperatore Romā missus a popl̄o et clero ROMANVS Pontifex eligi TVR Leo. VIII. dictus

INterim apud Constantinopolim Constantino uita functo: Theodora virgo Imperatoris soror, duob̄ annis Imperium pruden

Mor Cōstātini

Theodora virgo Imperatrix

tissime administrauit:

Stephano nono sedente Mediolanen. ecclia: Romanam supiorē recognuit a qua per ducētos antra annos se penitus subtraxerat

Stephani noni Pontificatu Mediolanensis ecclesia/ quę per ducentos annos a subiectione sanctæ Ro. ecclesiæ se subtraxerat: prima inter alias superiorem maioremq; recognouit. Et Stephano ad octauum mensē florentiæ defuncto quidam Romani dissentiente clero/ episcopum Velitrensē in Pontificem assumpsere: Benedictumq; uocauerunt

Benedictus papa decimus

Per idem tempus/ cum Cardinales et episcopi literam electionem de Pontifice facere non possent: intruso Pontifice Velitrensi Senas se contulerunt: Ibiq; Gerardus eps florentinus canonice Pontifex electus ē: et Nicolaus secundus est appellatus. Quiuir prudens formam Pontificum Romanorum a Cardinalibus eligendorum instituit:

Benedictus ppa intrusus.

SENAE.

Nicolaus. ii. ppa canonice electus.

Anselmi Pontificatu: qui Alexander secundus est appellatus: Robertus Guisquardus ab excomunicatione est absolutus: eiq; Brutiorum & Apuliæ ducatum dona

Alexāder ppa. secūd. a q Robt Guisquard ab excomunicatione absolutus.

uit: qui postea Tarentinos sibi subiecit: et Materam suæ ditioni adiecit. Et Mortuo Constantino post captam ex improuiso Bestiam Apuliæ ciuitatem: Montem Pilosum obsedit: et Barulum per tres annos dura obsidione cinxit: Rogerio fratre Brudusium obsidente: Gotofredo illi opitulati: qui Montempilosum obtinuerat. Potitus est tandem Barulo Guisquardus: et Gothofredum cum classe in Siciliam misit. quem mox ipse secutus est: Panhormuq; primam Siculorum urbem obsedit:

Ricardus enim Notmanus cum filio suo Guiliedmo subacta Capua: Beneuentoq; in Ceperanum mouit. Rogeriusq; Brundusiu aliquandiu obsidione cinxerat: a ciuib; proditionem simulantibus est deceptus. Quartanaq; uigilia nothmanos proceres ītromittentes interfecerunt: et eorum capita ad Imperatorem Constantinopoli misert.

Guiscardus apud Panhormum relicto Gothofredo, in Apuliam rediens Branum cepit octo mensibus: Et Panhormus eodem

Tarētini et materani Guischardo subiecti facti.

Mors cōstātini.

Guisquardus Bestia: Mōte piloso et barulo tandem potitus.

Panhormus a Guisquardo ac ter obsessa.

Capua et Beneuentū a Ricardo subiectae.

Rogerius brūdusiū obsidē a ciuib; deceptus proceres suos occisos amisit:

Tranū et Panhorm a Guischardo capta.

tempore capta.

Ricarduſet Guilelmuſ ab Hildebrando expulſi

Hildebrandus anno ſalutis tertio et ſeptuageſimo ſupra milleſimum, Riccardum et Guilelmum expulit: et capta oppida reſtituere coegit. Alexander undecimo Pontificatus anno et ſexto menſe uitam finiuit. Cui Hildebrandus ſubſtitutus eſt: Gregorius ſeptimus appellatus.

Morſ Alexãdri PAPAE.

Gregoriuſ ſeptimus Pontifex

Imperator ſimoniacus.

Interim diſcordiæ inter Pontificem et Imperatorem ortæ: qui per ſimonias uendebat eccleſias: et eius monitionibus parere nolebat.

Agneſ Impio abdicata: Romæ uitã duxit.

Agneſ Imperatrix adminiſtratione Imperi labſcta: Romæ uitam duxit. Pontifex Imperatorem arguit de ſimonia: ſed nihil profecit. Guibertus ſoluto conſilio, ut in Pontificem dolos ſtrueret: Romæ remanſit. Nam dui

Guibertuſ dolo ſe Stephanũ põtificẽ noſte natalis x celebrãtẽ ab altari deturbat: et ĩ tũri detrudit: ſed ſequenti die apopulo liberatur.

nocte natalis domini in Aede Diuæ Mariae maioris clerici miſſam celebrant: et Pontifex hoſtiam frangere, a Cincio Stephani præfecti filio ab altari deturbatus, et in quadam turri clauſus. Ex qua ſequenti die populus cum magno tumultu illum

liberauit.

liberauit: et Cincil ædes subuersæ: turris solo æquata: viri mulieresq; eiusdem familiæ nares truncati. Cinciius ad Henricum in Germaniam confugit. Gibertus qui se Pontificem futurum sperabat: post Gregorii Pontificis mortem simulata beniuolentia a Pontifice dimissus est: qui Rauennā se contulit.

Vltio populi Romani Cicii et aliorum Gregorij pape offensores

Gibertus Rauennam secō TVLIT.

Interim Gibertus Rauennas: et Theobaldus Mediolanensis Archiepiscopi: et complures alij in Gregorium coniurant/ablato Vgone candido Cardinali.

Conspiratio plurium cōtra Gregorium

Dum hæc aguntur/Henricus Saxones fugauit/amissis quinque milibus ex suis: Qua victoria obedientiae Pontificis studuit detrahere. Sigisifredus Archiepiscopus Maguntinus: cui negocium datum est/ut in conuentu prælatorum efficeret/ne quis Gregorio obediret. Ex quo conuentu Ronādus clericus parmensis Romam ueniens Henrici nomine pontificalia Gregorio intdixit: iussitq; Cardinalibus ut ad Imperatorem se conferrent: alium habituri pontifi

Victoria Henrici de saxonib.

Henricus conatur deponere Gregorium/et alium ere are pontifice M

Concilium Lateranense quo Henricus Imperator a Gregorio excomunicatur

SAXONES

Conuentus germanorum principum in quo decretum vt ueniet Gregorio in Germaniam Henric ab eo supplex veniam petat

Quod fecit: et ab excomunicatione absolutus gubernaciones imperii restituitur est.

cem. Gregorius concilio habito Lateraní: Imperatori gubernationem Imperili terdixit: eumq; excomunicauit absolutis a iuramento subditis: Et post utriusq; in excusationem litteras: Regni pars ab hẽrico defecit. Saxones bellum inferunt. Germanorum Principum fit conuentus. In quo decretum est: Si Gregorius in Germaniam pergat: Henricus ab eo supplex ueniam petat. Iurauerat autem Henricus omnia se facturum. Pontifex audito rei huius oratore: Vercellas usq; profectus est. Cui clam nuntiatur Henricum hostili in se animo cum exercitu uenire. Qua propter Pontifex regressus est, Canusiumq; se recepit in agro Regiensi. Quo Imperator illico uenit: Et Regali ornamẽto deposito: nudis pedibus ad oppidi portam delatus est: Cui ingressus fuit denegat. Et quanuis aspera esset hiems, triduo in eius oppidi suburbio manens, æquo animo tulit, veniam petens. Quem tandem Pontifex multorum precibus introductũ

absoluit

Interea Germaniæ Principes, q; Henricus promissis non stetisset: Rodulfum Saxoniæ ducem Regem creauerunt. Quapropter iterum Rodulfum et Henricum ter æquo Marte bellatum est: utrinque clade accepta.

Rodulfus saxoniæ dux a germanis contra Rodulfū Rex germaniæ creatus est.

ROBERTVS interea Guisquardus Sanctā Seuerinam et Consentiam cepit. Sisulfuz Salerni Principem: cuius sororem duxeāt uxorem: bello perdomuit: Salernum et arcem per deditionem accepit. Beneuentumq; in suam potestatem redegisset: ni Gregorii pontificis precibo desistisset.

Sancta Seuerina et Cosentia a Guisquardo CAPTAE.

Eo anno qui Millesimus, et octuagesimus agebatur, Michael Constantini filius, cum Michaele Andronico, a Niceforo uiabl mperio deiecti sunt. Guisquardus Tarento Græcos expulit. Ad quem Michael Diocliti Constantinopoli pulsus in castra uenit ico gnitus, opē grātisque Robertus ad Rogeriū misit: Cuius opera factum est: ut Michael restituereturr: et Niceforus a pontifice ex

Michael cō: et Michael Andronicus a Niceforo Imperio deiecti.

Michael opa Roberti Imperio restitutus.

Alexius Mega uir astutissimus perfidia usus et corruptis ueteranis militibus Imperatorem efficit.

Niceforo Imperatore Monachum fieri et die paschatis sancto Michaele Imperii consorte coronatur.

Constantinopolis ab Alexio capta ac direpta.

comunicaretur. Niceforus Imperator Alexium Mega in Thraciam misit/qui exercitum compararet: et perfidia usus nouos milites sibi iurare coegit/grandi pecunia donata/fraudans ueteranos stipendio/tãq; fuisset Imperatoris culpa. Ita militum animis sibi conciliatis: ex Andrinopoli ad Imperatorem concessit: suadens ut milites in expeditionem mitteret. Inde ad exercitum rediens: irritatis militum animis Imperator creatus est: quos Constantinopolim duxit: vrbis expugnationem pollicitus. Action Germanus cohortis magister ab Alexio corruptus: portam bulgarorum noctu in cena domini aperuit: tridu oq; urbs direptioni patuit. Niceforus uero in sancta Sophia captus/et tonsus/monachum ordinatus/uita donatus est. Et Alexius in die Paschatis coronatus: Michaelem Diocliti filium/imperii consortem accipiens/in Dalmatiam cum exercitu transmisit: et ipse cum eo. Boemundus et Robertus Dirrachium obsidione urgẽt.

Dirrachium a Bohemundo et Roberto obsessum.

Quo Michael et Alexius græci Imperatores conuenere: Et commisso proelio Michael occisus est: et Alexius in fugam cõuersus. Tum Dirrachini Roberto se dediderunt: et multa præterea Dalmatiæ oppida:

Mors Michaelis et fuga Alexij Imperatorum

Dirrachini Roberto sponte dedit.

ROMAE interea a Gregorio fit Sinodus: ĩ qua Berengarius de sacramento damnat: et iterum Henricus excommunicatus: et Ridulfus Germanie Italiæq; Rex est confirmatus. Henricus conuocatis ĩ Britxiam Germaniæ prælatis: Gibertum Rauennatem in Pontificem erexit: Clementemq; appellauit: qui mox acceptis Pontificis ornamentis, redijt in Italiam.

Sinodus Romæ ĩ q̃ Berengarius damnatur: et Henricus excõicatur: et Ridulfus Rex q̃firmat.

Scisma exorit̃ inter Gibertus et Clementũ põtifices.

Henricus in Saxoniam proficiscens: q̃rto cum Ridulfo conflixit: qui victor casu a suis vulneratur: & proelio cædens: cõplures saucij sunt sequuti. Henricus uõ fugiens: septimo die post latens inuẽtus est. Huius filius Henricus Imperator in Italiam missus, Mathildim apud Parmam proelio superauit. Mulier uero

Victoria Henrici de Ridulfo.

Mathildis ab Henrico proelio superata.

Mathildis Açonem primi uiri cõsobrino ĩ maritũ capto Gregorij papę iussu ab illo repętę abstinere iubet VR

mortuo primo uiro/ Açonem Marchionem Hestensem: qui primi viri consanguineus fuit/quarto gradu iunctus iõrans accepit maritum. Et dum per aliqt menses cum illo uitam ageret: Postea cognita re: Gregorium consuluit: qui repente imperauit mulieri: ut a consobriõ primi viri abstineret.

Aedificia diruta ab Henrico ppe Prata MERONIS

HEnricus senior per Bauaros in Italiam redięs: Clementem suum in prata Neronis duxit: ubi pugnatum est aliquandiu: et uicina ædificia diruta. Tandem desperata uictoria Henricus cum suo Antipapa Rauennam redijt. Sequenti anno rursus ad obsidendam urbem transiens/ea potitus est. Basilicam beati Petri cum suo Clemente prophanauit: et item ædem diui Pauli. Aestate uero dimisso suo Antipapa Tybure/ipse in Lombardiam delatus est/uastans omnes agros circa urbem: Quapropter ciues fame laborauerunt./

Roma ab Henrico capta et basilica petri polluta atq; Pauli ppha n a t a

Guisquardus a Gregorio in auxilium uocatus

Henricus ad dolos cõuersus

PONtifex Guisquardum uocauit in auxilium. Quod sentiens Henricus/ad dolos

est conuersus. Clunacensēq; episcopum Gregorio misit: Si ipse coronaretur: cuz omnibus copijs in Germaniam esset affuturus. Rogabatq; omnis populus summo studio/ne Pontifex aduersaretur: modo Imperator errata corrigeret. Corruperat nanq; complures Romanorum Henric?. Tum Pontifex populi fauore diffisus: in arcem Hadriani se recepit. Henricus Antipapam a tribus episcopis coronari fecit: et ipse ab eo coronatus est. Obsidet? postea arx Hadriani. Interim Guiscardus cum exercitu uenit. Imperator cuz Antipapa Senas se contulit. Ipse porta flaminea ingressus/ciuib⁹ resistentibus vrbem usq; ad arcum Domitiani combussit. Guiscardus Lateranum se contulit: et eam urbis partem uastauit: quæ est inter Capitolium et Lateranum. Demum Capitolium cepit: Pontificemq; clausum liberauit: et Salernum perduxit: Vbi et mortuus est.

Simulatae et falsae Henrici promissiones

Multi Romanorum ab Henrico corrupti.

Gregorij in arcem Hadriani se contulit.

Henricus 7 Antipapa coronant?.

Guiscardus ?auxiliu? ggorij uenit

Henricus Senas pficisc?s magnā Rome ptē ?cendit

Guiscardus Romam ?trans? pōtificem liberauit.

Salernumq; secum tulit: Vbi et uita mig?

Guiscardus ad ?perium aspirat.

Guiscardus ad Imperium Constantinopoli

Alexius Imperator ꝛ Veneti apud Dirrachium pugna nauali superantur a Guiscar do

tatem vasprãsi classem ingentem parauit: Boemundus filius terrestrem exercitum haberet: Alexius in Dalmatia classe comparata: Venetos in auxilium uocauit Duce Dominico Siluio. Pugnatum est apud Dirrachium. Superantur Dominicus et Alexius. Dominicus ob rem male gestam ducatu priuatur: et Vitalis sufficitur: qalia classe in auxilium uenit. Desiderius Casinensis abbas Gregorio subrogatur: et victor tertius appellatur. Victor ppa iii

Victoria Guiscardi de Alexio et Venetis apud Saxium pugnãtibus

Iterum Guiscard cum Alexio et Venetis apud Saxium conflixit: Quos prelio fudit. Inde ĩ Casliopiam Insulam delatus obijt. Cui in ducatu Apuliæ Rogerius minor natu absente Boemundo successit. Mors Guiscãdi

Rogerius dux Apuliæ

Fame est toto orbe.

Fuit tum toto orbe ingens fames. Quapropter Ansiul Galaciæ Rex Toletum urbem depugnauit. Toletũ ab Ansule Galatiæ Rege depugnatu

Victoria Saxonũ de Henrico.

Henricus in Dalmatia cum Saxonibus bellans, quatuor militum milia amittẽs fugatus est. Boemundo in Italiam redeũte, Dalmatæ ad Alexium defecere. Dalmatæ ad Alexium defecere.

Capua a Rogerio capta

Rogerius Capuam cepit: & usq; Tybur Romais

ademit. Vrbanus Romanorum animos pa
rum firmos intelligens, Melphiaz se con
tulit: et sinodum conuocauit.

Synodus Mel
phi habita

Interim Henricus redijt in Italiam. Boemũ
dus cum Rogerio fratre apud Ferutum i
Beneuenti oppidum conflixit haud ĩcru
ento bello. Inde Melphiaz ad Vrbanum se
contulit: cui præstitit iusiurandum: et
ducatum paternæ successionis obtinuit.
Inde in Siciliam transiens, cepit Syracusas.

Bohemũdus post
pugnã cũ Rogeiõ
fratre: Vrbano p
stitit juramentũ.

Syracusae a
Bohemundo
expugnatae.

Vrbanus secundus apud Clarum montem
de expeditione contra Saracenos consiliũ
habuit. Interim crucesignati diuersis iti
neribꝰ Constantinopolim peruenere: Qui
bus Boemundus se comitem addidit cuz
duodecim millibus Italis: relicta fratri po
testate dominatus: de quo bello contẽde
rat. Rogerius fratris uirtutem admirat
Melphiam obsidione soluit. Petrus ciui
tum oppidum uiris uacuum offendens
in agro Niceno occupat: Pariter et Raimũ
dus oppidum Exeregagon appellatum:
sed mox uterq; a Turcis obsessi. Raimun

Expeditio con
tra Saracenos ab
ab Vrbano põ
tifice ma
ximo f
act
A

Bohemundus cru
cesignatus

Rogerius

Petrus et Rai
mundus
a Turcis
obsid
ent
v
r
s

Raimundus ab negato christo cum aliquot milib; de ditionē fecit

Christiani a turcis trucidati:

Boemundus cū Impator pacē fac.

Nicea a christianis obsessa p deditionem capit

Turci liberi abire permissi.

Præfecti biffariā divisi

dus abnegata christi fide cum aliquot millibus christianis deditionem fecit. Petrus sub specie legationis/ Constantinopolim abijt. Reliqui omnes a turcis trucidantur: Quæ res Alexio fuit gratissima: speranti exinde christianos retrocedere. Transiuit Boemundus adi peratorem: et nomine totius exercitus pacem fecit: ut tutum iter per omnia sua loca pateret: et commeatum preberet: captaq; omnia oppida a Saracenis restituerentur/ præter urbem hierosolymitanam. Atque ita christianorum exercitu transmisso mari Niceam uenit: quæ a Turcis defensa/ et triginta diebus oppugnata/ nō potuit capi: cum per lacum noua auxilia immitterentur. Sed cum sexaginta Turcorum milia: qui e proximo monte christianorum exercitum inuasere: magno cū eorum damno repulsi essēt ni oppidani deditionem fecissēt Turcis omnibus cum rebus suis abire permissum. Præfecti cum p deserta loca iter haberent: biffariam sunt

diuisi. Boemundus in herbido solo apd̃ riuum quendam castra posuit: ut militẽ reficeret: et ni hugo et Gothofredus cũ quadraginta millib̃ opem tulissent: a Saracenis sub Solimanno principe/ qui cuz maxima multitudine superuenerat/ cuz omnibus suis interfectus fuisset. Cõmissum est atrox certamen: sed nox finem imposuit: et decuplo maiore Saracenorũ cadauerum q̃ christianorum fuerunt strues. Fuit numerus hostium supra quadraginta milia. Inerant nanq; Medi/ Syri: chaldei: Turcę Saraceni et Arabes: qui dũ fugerent/ magna spolia christianis reliq̃runt. Venerunt christiani Iconium/ primam Lycaoniæ urbẽ dedẽtib̃ se ciuibus ceperunt: Et cum Solimannus alio diuertisset: pariter Heracleam et Tarsum habuerunt: Vrbem Rusam et complura castella obtinuerunt. Anthiochia duplici muro circundatur: interiore lateritio: exteriore quadrato lapide: cui inerant quadringentæ et sexaginta turres: quatuõq;

Boemundus per Gothofredũ saluus factus.

Victoria Gothofredi de Saracenis/ duce eoꝝ Solimanno anno.

Iconium Tarsus et Heraclea et Rusa a christianis captæ

Situs Anthiochiae

Arx Anthiochie Munitissima

colles includebantur. Arx munita in cacu
mine montis/ quæ omnes conatus et oppv
gnantium ingenia frustrabatur. Regio ce
losyria dicebatur: fluminibus/ fontibusq;
irrigua: a nostris nigra montana uocatur.

Anthiochia patri archarum sedes.

Hic Petrus Patriarcharum tenuit sedem.

Theophilus Lucas euangelista

Hinc Theophilus oriundus extitit: ad quē
Lucas euangelista scribit actus apostolorū.
Hinc primum baptismatis fonte renati
christiani sunt appellati. Hæc urbs sub ipe
rio christiano mille annis floruit. Centv
quinquaginta tres episcopi fuere: et trecē
tæ sexaginta sex ecclesiæ.

Mille ānis sub ī perio xiano floruit Anthiochia.

Carpharat pnceps ægyptius ptē sepulchri xpi sb pēsioē tenuit.

CArpharath princeps ægyptiu' qui a Lodi
cea Syriæ usq; ad Alexandriam ægypti
possidet/ quartam hierosolymæ urbis ptē
in qua est sepulchrum domini/ obtinuit
sub annua pensione tributi:

FINIS LIBRI TERTII: LIB: QVART'

NOnagesimus septimus supra mille
simum salutis annum currebat/
Quo Anthiocensis obsidio coepta
est. Urbanus secundus Romæ non satis

Urbanus secundus Pont. max:

tutus: in domo Petri leonis apud ecclesiam sancti Nicolai inclusum se continuit. Guilielmus Antipapa ex Beneuento suadente Ricardo principe Capuano, qui Beneuentum tenebat: ut fautoribus suis propinquor esset: Albam uenit:

Guilielmus Antipapa

Ricardus princeps capuan.

VEneti classem ducentarum nauium cruce signatis armauere: quæ Rhodum traiecit:

Victoria venetorum crucesignatorum de Pisanis: apud Rhodum

Pisani quinquaginta nauium classe comparata, Venetos apud Rhodum inuasere: sed in proelio decem et octo triremes amisere. et Pisanorum quatuor milia capta. Veneti tamen ob crucis reuerentiam primoribus loco obsidum retentis: reliquis abire permissum est: Veneti ex Smirna a Turcis diruta beati Nicolai corpus Venetias detulerunt

Venetorum humanitas i captivos.

Corp. diui Nicolai venetias trans LATVM

Oppugnatur omni machinarum genere Anthiochia: sed murorum crassitudo altitudo q; omnes frustrata est. Quapropter obsidione magi obduxuit. Vex in castris fame laborare ceperunt. Erat castellum nomine Ather ad quinquemilia passuum propiquum

Anthiochia obsessa a Boemundo.

Castellum Ather

cuius præsidium Boemundi hastulon
gius tractum/interceptum est: et capti
in conspectu Anthiocensium: gladio per
cussi. Quieuit exercitus per aliquot di
es: Sed iterum deficiente annona in ca
stris est murmuratum. Et Petrus here
mita cum Guilielmo Carpentario Re
gis Galliæ consanguineo fugam arripu
it: Verum ambo intercepti a Tãcredo Roe
mundi nepote: et in castra deducti. Gui
lielmus uero q̃uis iuramento esset addic
tus: Vgoni tamen cum sua cohorte e ca
stris emissus/primus omnium christia
norum desertor est factus. Petebant et
alij dimissionem. Quod cum Turci intel
ligerent/magnas copias in oppidum cõ
ducunt cum christianis pugnaturas.
Certatur diu atrociter. Postremo uicti
Turcæ/cæsa fere media parte/coeteri i fu
gam conuertuntur: et christiani præda
aucti: non tamen fame liberati: donec Ar
mæni et Surriani metu Turcarum libera
ti/commeatus in castra deferrent. Sed sa

Capti ex hostib gladio pcutiũt

Guilielmus oĩ um christianoꝝ primus desertor est factus:

Victoria christianorum de TVRCIS

tacem a Soldano in Anthiochiam missi: omnia uastant. Quapropter Boemund' et sancti Egidij comes missi: qui fabros et necessaria ducerent. Quibus redeuntibus: quindecim milia hostium occurrũt. Mille ex christianis desyderati sunt: Et ni Boemundus in proximum montem se recepisset: trucidati ad unum fuissẽt: et Gothofredus per id tempus presidiuz attulit: qui fortissimo animo pugnãs multos hostium trucidauit: Inter quos Batmas Cassiani filius cecidit. Interim ex Anthiochia egressa multitudo/prœlium instaurauit: et diu pugnatum est dubio Marte. Demum ex hostibus qnq; milia cæsa: et septem milia capta: Ex christianis mille et quingenti partim cæsi: partim capti. Inde indutiæ datæ: quæ durauere donec Vologallicus suorum uirtutem extollens/a Turcis est interfectus. Demum Pyrrhus Anthiochenus Boemũdi uirtutem admiratus/cum eo in colloqũ uenit: et ciuitatem illi daturum spopon

.Magnum periculum christianorum

.Bathmas Cassiani filius a Gothofredo occisus

Victoria christianorum de TVRCIS.

Mors Vologallicus

Pyrrhus Bohemundo Anthiochiam pollicetur

Bohemundus Anthiochia potitur

dit: si sibi dominium retineret. Obtinuit Boemundus urbem omnium procerum consensu: et constituta nocte per apertā a Pyrrho portam ingressus est: Nec sæuitum nisi in præsidia saracenorum. Cassiani Rex dūm in montes confugit: ab Armeis trucidatur. Et dum uaria inter se certamina ineunt/ fameq; laboratur/ Lancea quæ christi latus aperuit in ædeDiui Andreæ reperta est. Cuius fiducia christiani statuerunt cum Corbona confligere/ qui nuper uenerat auxilio Anthiochiæ: Cui in tertium diem per Petrum heremitam predium denuntiatum est: ieiunio itaq; instituto: peractisq; orationibus: sacratissimam Lanceam deferentes in proelium magno animo egressi sunt. Quo certamine centum hostium milia cæsa: quindecim milia camelorum capta: spolia ditissima recepta: et Carbonas dux in fugam actus. Qua die Arcis præfectus illam tradidit Boemundo: et ipse christianus efficitur: adhibita etiam lege/ ut qui non uelint baptiça

Mors cassiani REGIS.

Lancea q̃ xp̃s cōfossus fuit: reperta

Victoria christianorum de saracenis p̃ Petrum Heremitam

Lanceam xp̃i in proelio gestā TEMPORE

Arcis prefectus data Bohemundo Arce: xp̃ianus efficitur

ri: cum suis rebus abire permitterentur.

Vgo post habitam ciuitatem et arcem: Cõ stantinopoli decessit: Cuius mors christi anos magno dolore affecit. Episcopus et podensis mortem obijt. Boemundus Anthiochiam sibi promissam ex foedere assignari petebat: Raimundus uero Comes eã Constantinopolitano Imperatori seruãdã dixit. Itaq; sacerdotibus res commissa est: qui Boemundo tradendam Anthiochiam decreuerant. Cui sententiæ nec Raimundus acquieuit: immo Cassiani palatium quod ipse tenebat/armatis compleuit. Post captam Albariam: Boemundus Raimundum orauit: ut Anthiochiam sibi liberam dimitteret. Interim episcopus aurienſis obijt: et ea fames christianos inuasit: ut hostium cadauerib̃ uescerent̃.

Raimundus et Normanus Comes Cæsaream Capadociæ urbem petiere. Cuius Rex amicitiam et commeatum obtulit. Regul' Cameliæ urbis dominus/pace impetrata/ christianos ueste et pecunia iuuit: Cui

Mors hugonis.

Mors epi Podeñ.

Boemũdus Anthiochiam promissã sibi ex foedere petitas signa RI.

Mors epi Aurien.

Fames inuasit chS TIANOS

Raimũd' et Hõman' Cesarem Capadociæ proficiscuntur

Tripolis frustra a Raimundo obsessa

excemplum secutus est Tripolis Rex: Sed Raimundus eius urbis dominium cupiens/ pacem obtulit christi baptismum accepturo. Quod cum ille negasset: frustra quindecim dies in obsidione urbis assumpsere.

Vana tortosae urbis obsidio

Interim Gothofredus et Boemundus hierosolymam petere statuerunt. Sed audiens Boemundus Raimundum in castra uenturum: discordiam timens/ Antiochiam redijt. Coeteri duces Tortosam se contulere: quæ tribus mensibus/ et uno die obsessa capi non potuit. Inde ad Tripolim uentum. Cuius Regulus pecunia/ commeatu et armis pacē a xpiani obtinuit: ea lege adiecta/ ut post captā hierosolymā xpiani fieret. Inde christiani lætis animis hierosolymam petunt: quæ i arduo monte sita est: præter quam fluit siloe tenuis amnis: Montem Syon radens/ mediam vallem Iosaphat intersecat. Quā urbem quatuor locis christiani oppugnare statuerunt. Et paratis machinis omni

Rex Tripolis conditione a xpiani pacem obtinuit

Hierosolyma a christiani Gothofredo dux obsessa

ui et impetu urbem inuasere. Gothofred' cum fratribus muri partem sibi assignatã primus ascendit: et Balduinum in urbez descendere iussit. Qui et si magna hostiũ turba circumuentus est: maiore tamẽ cæde facta: portam perfregit: et christianos admisit. Raimundus administratum turris Dauidis: iqua arcis munimenta suabãt. blande pellexit: ut arcem cum Gaça a ciuibus importata sibi daret: saluus ipse cũ omnibus suis demigraret. Gothofredus Notmanus et flandensis capta urbe truci datis quibuscunq; occurrentibus ad Salomonis tẽplũ quo mlti ꝯ fugerant peruenere: ibiq; acriter pugnatum est: adeo ut interfectorum cruor pugnantium talos altitudine superaret: et superueniente nocte superiora templi expugnari non potuerũt. Sequenti die ciuibus miserabili uoce pacez petentibꝰ concessa est: Atque ita hierosolyma urbs admiranda a christianis capta est idibus Iulii nono et nonagesimo supra Millesimum salutis anno trigesimo nono

Gothofredus omnũ primꝰ murũ conscẽdit: et portam urbis perfrãxit

Raimũdus turri dauidis astute potitur

Hierosolyma a Gothofredo capt

Pax ciuibꝰ a Gothofredo concessa.

die postq̃ obsideri cepta est: Qui annus quadringentesimus nonagesimusq; currebat postq̃ sub Heraclio a Saracenis capta est. Mansere octo dies christiani sacratissimum domini sepulchrum et coetera loca uisitantes. Deinde sũma alacritate omniumq; consensu Gothofredus humeris elatum: hierosolymorum Regẽ acclamarunt: Qui urbis dominium acceptauit: Regni uero titulum et coronam renuit: indignum ducens aureo diademate hominem insigniri: ubi Rex regũ spineam coronam suo sanctissimo sanguine madentem gestasset. Inde post dies octo Arnulfus patriarcha creatus est: et ab episcopis qui aderant consecratus.

Octo diebus christiani sacra loca uisitantes Redeptori de uisto uia prestita gratia REFERVNT

Admiranda Gothofredi humilitas et prudentia

Arnulfus patriarcha

Interim Solimani babyloniæ Regis ingentem exercitũ ad Ascalonem urbem peruenisse nuntiatur. Statuit Gothofredus hosti occurrere: relicto Petro heremita ad Vrbis custodiam. Et reuocato Eustachio et Tancredo, quos cum duabus legionibus Neapolim miserat, cum Patriarcha egres-

Gothofredus parat se ad pugnam contra clementem

ſus eſt: et edoctus a non nulliſ ex hoſtib⁹ captis/Clementem eſſe Babilloniorum ducem: ſub quo quinquaginta hominum milia militarent: paratis machiniſ adv̄rbem depugnandam: Gothofredus maiore animi ardore certamen iniit: Ex quo uictor euaſit/cęſis ſupra centum millibus hoſtium. Clemens naui impoſitus aufugit: Et Aſcalonenſes Gothofredo ſe dediderunt. Principeſ uoti compoteſ: plureſ domum ſe recipere ſtatuerunt. Inter quoſ fuerunt primi Notmanus/et Egidil flandenſiſq; Comes: Gothofred' illic cum fratribuictor remanſit: lopem maritimam expugnauit: et Romulam urbem poſſedit: Et Caipha/quæ alio noĩe prophina dicitur: et Tyberias Galileæ ciuitas dedit ſeſe. Gothofredus uero ano uno poſt captam hieroſolymam: febre cõreptus obiit: Et Balduinus frater eius urbis Rex creatus eſt: Anno Milleſimo centeſimo primo ſalutiſ. Tum etiam Vrbanuſ Romæ deceſſit: Cui Remerius ſuc

.Victoria Gothofredi de Clemẽte Babilonio ꝓpe ge apud Aſcalonem VRBEM

Gothofredus prophina et Tyberiade potituſ eſt.

.Morſ Gothofredi Regiſ

Balduinuſ Rex.

.Morſ vrbani ppi.

Remeriuſ

Paschalis .II. ppa

cessit secundus Pascalis appellatus: Tertius item Magnulfus nomine Romanꝰ Pontificatus titulum usurpauit: Sed statim ab Romanis exilio damnatus. Rauennatesq; auxilio destitutum repulerunt.

Magnulfus Ann papa Romanus a Romanis exilio damnatus

PEtrus colũna interea Richardo foederatus Cauas oppidum in agro prenestino beati petri occupauit: quas Pontifex oppugnauit et Zagarolum Colunnamq; de paterna hereditate illi abstulit.

Nobilissima Corsorum familia Romæ expt

CCorsorum familia Romæ potentissima: cuꝫ eius domus propinqua Capitolio ab Imperatore peruertereturꝰ cum mutato consilio Henrico et Antipapis fauere cepisset: Roma est expulsa. Stephanus ex eadem familia absente Pontifice, ædem diui Pauli et arceꝫ occupauit: et Romanis damna intulit: q; in aduentu Pontificis inde deiectus est.

Stephani corsi in te ri tus s

Postea uero Papa concilium Florentiæ hũit. In quo episcopum eius urbis, asserentem natum esse Antichristum: uehementer redãguit: Inde Romam rediens omnia turbata reperit: quæ suo aduentu pacauit: Et Corsis

Concilium Florentiæ habitũ

Corsi ad obedientiam reducti.

ad obedientiam redactis pacem reforma uit.

Victoria saracenorum de christianis apd Hierosolymam

Boemundus in Asia cognita morte Gothofredi: Hierosolymam se contulit. Turci & saraceni in eundem locum audita illius morte: magnas copias duxerunt: atq; ibi magnum certamen commissum. In quo Boemundus captus est: Blesensis & Burgundiæ Comites occisi. Rex turpi fuga hierosolymam redijt: quem nec Turcæ ausi sunt occidere. Tancredus Boemũdo nepos Anthiochiam conseruauit. Laodiceam bello pressam expugnauit. Boemũdũ triennio in carcere maceratum grandi pecunia redemit: et Anthiochiam illi singulari fide seruatam restituit. Balduinus id audiens, Ianuensium Venetorumq; auxilio fretus Anthiochiam terra mariq; obsedit: quæ paucis diebus capta est: et multi saracenorum qui auxilio uenerant, occisi, aut sunt fugati.

fidelitas et pietas Tancredi in redemptione Boemũdi auũculi capti

Anthiochia a Balduino capt

Robertus Galliæ Comes ex Asia reuersus: cum Regis Angliæ uicina oppida pertẽ

Robertus gallie comes

Robertus galliæ comes captus et occecatus.

Venetiarum incendium.

tasset: proelio superatus captusq; est: et effossis oculis, in carcerem detruditur. Raimūdus in patria obijt: Et venetiæ eodem anno duplici infra LXVIII dies incendio pene absuptæ.

Dirrachium a Boemūdo obsessū

Boemundus compositis domi rebus, parata classe in Dalmatas, Dirrachium obsedit.

.VENETI.

Veneti ab Alexio in auxilium uocati: Apuliæ maritimas urbes infestarunt: Nec propterea Boemundus obsidionem dimisit. Quamobrem Alexio pacem petenti, benignius data est: ea lege: ut ne Anthiochiam infestaret. Inde milites in Asiam misit: quo paulo post et ipse nauigauit. Eodem anno Boemundus mortuus est.

Pax Alexio a Boemundo cōcessa

Mors Boemūdi.

Henrici.IIII. ad uētus ī Italiam

Henricus quartus compositis in Germania rebus: uenit in Italiam: et apud Sutrium consedit.

Pontifex cum cardinalibus ab Imperatore captus

Imperator Romam ueniens in gradibus diui Petri Pontifici pedes deosculatus est: q requisitus, ut inuestituræ renuntiaret: respondit non esse faciendum: Et immissis armatis, Pontificem capi iussit: et cardina

les cum eo: atq; in carceré detrudi. Populus uero Romanus in germanos sæuit: et ex urbe deiecit. Imperator ad montem Soracte peruenit: iubens Pontificem et Cardinales custodiri ad pontem Mameum: qui Mamee Alexandri Imperatoris opus est. Inde redi ens ad pontem Lucanum: omnia ædifi cia in circuitu urbis incendio corrupit. Nec propterea Romanos sibi allicere po tuit/nisi Pontifice & Cardinalib⁹ restitu tis. Inde Imperator ab Italia recessit:

Germani a po pulo Ro. vrbe deiecti:

Mameus pons.

Incendia circa Vrbem ab Impe ratore facta.

Libato Pontifice Impator ab Italia r e c e s s i t.

Pisani per hæc tempora Pontificis iussu ex peditionem in Saracenos decreuerunt: q Baleares insulas obtinebant: et dum apd uada Volaterana uentum expectant: Lu censes destitutam defensoribus urbem in uadunt: quam florentini tutati sunt: et Pisani in baLearibus insulis contra Sarace nos victoria potiti: domum reuersi sunt. donaruntq; florentinis duas ex porphi rico grandes colunnas: quæ hodie in porta sacelli diui Ioannis uisuntur

Expeditio Pisa nor cōtra Sara cenos iussu Pō tificis Romani

Lucenses dolo pi sas ī uadunt: a fo rentinis tutatas.

Colūne ex por phiricō a pisa nis dono florē tinis missae

Per id tempus Mitildis Comitissa senio

Mors Matildis comitissae

Clm 11324.

Dona a Matil de Comitissæ ecclesiæ relicta

obijt: quæ a Piscia et sancto cherico agri senensis usque ad Ceperanum quicqd in medio inter alpes et mare. Ro. ecclesiæ donauit.

Impator ab Archiepiscopo bracharienſe coronatus.

Archiepiscopus bracharienſis, Patria exul Imperatorem coronauit: qui mox in Germaniam redijt.

Mors boemūdi pueri Anthiochiæ principis

Tancredus boemūdi tutor et ſuccessor a Turcis in fugam uersus est

Mors Balduini REGIS. Balduinus .ii.

Interea Boemundus puer Anthiochiæ pnceps uita excessit. Cuius locum Tancredus tutor obtinuit: qui a Turcis in fuga uersus est, magna suorum parte cæsa. In qua victoria celeberrimum monasterium in monte Tabor a Turcis dirutum est, monacis ad unum trucidatis. Et paulo post Balduinus uita decessit: Cui Balduinus secundus concordi christianorum uoto suffectus est.

Pontifex nouus in cōclaui a Cincio fraiapano calcibus ītēram cōcussus et victus

Domum pduct? sed a populo Ro e mānibus eius eripitur

Cincius ex fraiepanum familia, cum non optineret eligi Pontificem quem cupiebat refractis ualuis conclauis: Pontificem proiectum in terram calcibus concussit, et uictum domum perduxit. Quam rem grauiter Romani ferentes: restitutum Pontificem

ad Lateranum sollemni pompa duxerũt.
Interim Henricus Imperator Romam ueit.
Pontifex in domum Vlgamini confugit:
Inde mari fugiendum statuit: Sed cum ob
tempestatem mare esset innauigabile: Car
dinales noctu Ardeam perduxere. Inde ter
tia die ex hostia in terracinam nauigauit:
Inde Caietam. Ad quem Guilielmus Apulię
dux: Robertus Capuæ Princeps: et Richar
dus Aquila uenere: Iusiurandum fi —
demque prestiterunt/atq; ibi Pontifex con
secratus est. Imperator Mauritium bracha
riensem Archiepiscopum in Antipapam ere
xit: Gregoriumq; uocauit. Interim Henri
cus in Germaniam redijt: Et Antipapa Ro
mæ auxilio fraiepanum fretus remansit.

Henricus Imperator Romã ueniens Mauritiũ Archiepm brachariensem in Antipapã erexit

Gelasius uerus pontifex Caietã se contulit: vbi consecratus fuit:

Gregorius Antipapa

Venit Romam Gelasius: qui diuina officia
celebrans a fraiepanibꝰ inuasus est: Sed re
sistentibus amicis: fuga subtractus est. Se
quenti die fugiens Pontifex: a suis reper
tus est/atq; in urbem reductus: Et habito
concilio Cardinalium: rursus statuit ex ũbemig̃
re: Et relicto Portuensi episcopo in spiritua

Gelasius Romam ueniens a Fraiepanibꝰ fugatus est. Sed fauore amicorꝰ Romã reductus cõciliũ habuit

Mors Gelasij. ppi.

Calistus papa.

libus: in Galliam nauigauit: Et in Comacēsi monasterio receptus: illic uitam obijt. Substitut Guido Burgundus: Calistus appellatus et ab omnibus iureiurando prestito cōfirmatus. Pacem cum Henrico quarto firmauit.

Brutij a Rogerio occupati.

Mors Calisti ppi.

Rogerius subiecta Apulia: sicilia se regē appellat

ROgerius Siciliæ Comes Brutios inuasit et ꝓuinciam priusq̄ Pontifex opem ferre posset occupauit. Tum Pontifex Beneuentum petijt: Sed egrotans, Romam redijt Rogerius Apuliam etiam sibi subegit: Et Guilielmus uxore frustratus: ac dominio eiectus apd Principem Salernitanum sine filijs obijt. Ex quo tempore Rogerius se Italiæ Regem appellabat.

Concilium a Calisto congregatum.

Calistus congregato concilio noningentorum patrum de subuentione christianis danda apud hierosolymam laborantibus, est deliberatum. FINIS LIBRI QVARTI: LIBER. V.

Dux turorum a Balduino supatus et carcerem coniectus

BAlduinus secundus hierosolymæ Regno potitus: secundo anno Gaçin Turcorum ducem cum magnis copijs hierosolymam petentem, bello superatu

in carcerem coniecit. Sequenti anno Damascí Regem ad portas hierosolýmitanas cũ quindecim millibus bellatorũ delatum commisso prœlio uẽterũ in fugam. Cum Balach Parthorum Rege magnis exercitib hierosolymam petente congressus: superatus captusque est: et apud Carras cũ multis christianis in carcerem coniectus. Calistus Pontifex ad opem ferendam Venetos inuitauit: Qui parata classe ducentarum nauium: duce Michaele obsessæ urbi suppetias tulerunt: et ad Iopem oppidum delati: quod Saraceni Babillonici p̃mebant: fugati deiectiq; sunt cum multa eorum clade: atque ita oppidum obsidiõe solutum. Deinde communiter in Tyrum insulam delati sunt: quam nunquã christiani hactenus obtinere potuerunt: Sed nunc non sine multo sanguine capta: quę hierosolýmitano Regno addita est: et Balduinus precio redemptus, hierosolýmam redijt.

Damasci Rex a Balduino in fuga VERSUS

Balduinus a Balach parthoꝝ Rege cap tus et in carcerem pectus

Veneti annuente Calisto duce Michaele ad Iopem delati: et fugatis Saracenis Tyro q; capta Balduinus in pretio redemptus

PEr id tempus Hemanuel Græcorum Im

Malignitas Imperatoris manuelis

Rhodus et chio a classe venetorum spoliatae

Diui Theodori corpus venetias delatum

Lapis sup quem xps sedit venetia delatus.

perator/ christianorum victoriam egrefe rens: Venetis imperauit: ut ducem suum reuocarent: Qui reuocatus Rhodum et chi um Imperatoris insulas spoliauit. In chio beati Theodori martyris corpus inuentum/ Venetias delatum est: Samum Mitilenas Andrumque diripuit. Spalatrum et Tra gurium ab Hungaris eripiens/ Venetorum Imperio subiecit: domumq; reuersus intra trigesimum mensem: Et Lapidem supra q̃ dicitur christus sedisse apud Tyrum secũ attulit.

Burdinus Antipapa a Calisto captus facie ad caudam camelli uersa Romam defertur

Mors calisti ppe.

Honorius secũdus Pontifex MAXIMVS

Innocentius ppa.

PER hæc tempora Gregorius Antipapa: q Burdinus appellabatur/ apud Sutrium secõ tinebat. Calisto oppidum circumsedenti/ op pidani Burdinum tradiderunt: qui Came lo impositus/ facie in caudam uersa/ cum magno plebis risu Romam perductus est: et in cauensi monasterio detrusus. Et Cali stus quinto sui Pontificatus anno obijt: Cui suffectus est Honorius secundus: Cui tempore apud hierosolymam multa præ lia sunt habita. Quo Romæ defuncto/ In

nocentius subrogatus est: qui Rogerium in agro Cassinate castra habentē magno īpetu repulit. Inde Tyrannum castro Glaucio obsedit. Cui Guilielmus dux Brutiorum Rogerii filius opem ferens: commisso prelio papam et Cardinales cepit: patremq; liberauit: Sed modestia usus/ Pontificem et Cardinales libertate donauit.

Rogerius ab Innocētio ppa. repulsus.

Guilielmus capto cū cardinalibus Pōtifice patrem obsessū liberavit.

Interim Petrus Leonis filius Romæ in Antipapam assumptus est/ et Anacletus appellatus: Qui conflata pecunia exargēto ecclesiarum/ multos in urbe corrupit. Innocentius sibi timens: fugiens per Pisas et Ianuam/ in Galliam nauigauit: Et Antipapa Rogerium utriusque Siciliæ Regem appellatum/ ad se traxit.

Anacletus Antipapa fauore Rogerij Regis mala multa ecclesiae Romanē tulit.

Post uarias seditiones/ compositis rebus oī bus/ Imperator redijt in Germaniam: et Pontifex Pisis concilium celebrauit. In q̄ Antipapa iterum damnatur: qui Rogerij fauore suffultus/ Capuę erexit. Quare iterum accersitus Lotharius: Italiam repetit: Et Pisani paratissimam classem Ponti

Concilium ab Innocentio pisis hītū īquo Antipapa iterū damnatu R.

Pisani classis cōtra Saracenos.

Malfia et Rauel lũ a pisanis capta atq; diruta

ficis auxilio duxerunt: quæ Malfiam Re uellum: et multa oppida capta diripuit.

Pontifex & Imperator Barum uenere

Pontifex cum Imperatore Barum uenit. Ro

Rogerius ob metũ i Siciliã nauigauit.

gerius illorum impetum ueritus/in Siciliã nauigauit/omnia quæ in Italia habebat amittens. Inde Pontifex Romam redijt: et

Mors Antipape.

Lotharius in germaniam: Obijt tunc An tipapa: et occulte sepultus est. Pontifex cõ

Decretum Innocentij PAPAE.

silio decreuit: ne quis laicus manum mit teret in clericum: Sed anno Millesimo cen

Celestinus secũdus Pont. Max.

tesimo quadragesimo tertio defunctus est. Cui Cælestinus secundus successit.

Turcæ multa uirorum milia in agrum An thiochenum duxerunt. Contra quos Fal

Victoria falconis de Turcis in Agro Anthiochenno

co qui eius urbis dominium susceperat/ru ens/ tria illorum milia trucidauit: et toti dem captos/ hierosolymam duxit. Alaph

Turcarx Rex Babilloniis auxiliis fretus/ e

Edissa Mesopotamiæ ab Alaph capta: et ũ uiris feminisq; seruitũ.

dissam Mesopotaniæ ciuitatem inuasit: Cap taque occisis omnibus qui christum abne gare noluerunt: nobiles mulieres omẽs sup̃ altare diui Ioannis baptistæ uiolarũt.

Mors falconis

Falco dum Leporem sectatur in uenatione

equo in caput uerso, occubuit: Cui Balduinus filius tertius successit. Et defuncto Celestino: Lucius Bononiensis successit. Quo tempore Edissæ urbis euersio nuntiata est. Edissa urbs est, ad quam Tobiam filium misisse Gabelo, sacrae litteræ tradunt: quaq; Thadeus Apostolus gentes eius ad xpi fidem conuertit: et quæ beati Thomæ apostoli ossibus est decorata: et Abagarus Rex Regnũ obtinuit: qui datis ad Iesum epistolis: septa manu dei responsa accipere meruit.

Balduinus.iii.
Mors celestini.ppi.
Lucius papa.
Edisse urbis euersio.
Tobias.
Gabelus.
Thadeus apls
Thomas apostol.
Abagarus Rex
Iesus christus.

Medio tempore Rogerius Pontificum negligentia, in Italiam reuersus quæ amiserat recuperauit: et classe in Africam ducta, Regem Tunetis ad tributum compulit: quod annis triginta solutum est.

Rogeri recuperatis in Italia amissis Tunetis Regẽ ad tbutũ ꝛpulit.

Corradus magna cruce signatorum manu comparata: Constantinopolim traiecit. Vbi ab Hemanuele Græcorum Imperatore seductus, Iconium exercitum ducere persuasus est: promissis ex Constantinopoli commeatibus: qui aliunde haberi non possent. Obsessa est urbs admodum munita: Sed sce

Corradus malepsuasus ab Hemanuele Imperatore Iconium urbẽ obsedit

Inauditum hæ manuel Imperatoris ĩcrucefignatus facinus

lestus Imperator farinæ quam mittebat gypsum permiscebat: qua exercitus ita morbo afflictus est ut Corradum infectare in Galliam retrocedere oportuerit.

Ascalonia abalduino capta.

Balduinus Ascaloniam cepit: et Turcarum quos bello superauit: quinque milia interemit.

Mors Lucij. ppe.

Inter hæc Romæ Lucio defuncto: Eugenius tertius eligitur. Hic intelligens Romanorum conatus: noctu in Sabinos abijt: ibi q; consecratus est: Qui dum Romam rediret audiens Romanos dolose agere in Tyberim elapsus est: Quem Romani haud secus q̃ Gelasium et nostræ tempestatis Eugenium telis persecuti sunt: Ille Pisas: Inde in Galliam nauigauit: Vbi Regem Galliæ cruce signauit.

Eugenius in Sabinis Romanos times fugit: vbi consecratus: ide pryberi telis persecutus nauigauit pisas deinde in galliam transiecit: Vbi Regẽ gallorum cruce signauit

Corradus e saracenorũ manib, a Rogerio eripitur

Rogerius post pugnam cum Saracenis liberato Corrado Rege ab hostium manibus: et apud Iopem gallorum Rege dimisso, cõstantinopolim delatus est: Cuius suburbia præsente Hemanuele incendit. Rediẽs autem a veneta classe inuasus, uiginti tri

remes amisit.

Corradus: Ludouicus: et Balduinus simul iuncti Damascum obsidere ceperunt: quã Arabiæ serui fundauerunt.

Damascus a seruis Arabiæ fundata.

Eugenius Romam reuersus, Terracinam Norbanum, et Sulmonis arcem in ditionẽ accepit: et Tybure obiens, Romam delatus est: Anastasio quarto illi suffecto: Cui breui defuncto, Hadrianus quartus genere Anglicus successit: qui vrbis administrationem Consulibus liberam permanere renuit. nec Lateranum ad consecrationem demo refaciendam proficisci uoluit, nisi prius Arnaldus Brixianus hereticus ab Eugenio damnatus, urbe pelleretur: quod cum illi differrent, Cardinalis sanctæ Potentianæ ad Pontificem proficiscens, in uia sacra graui ter uulneratus est a populo. Tandem Arnaldo pulso, sublatoq; interdicto, cum sũmo honore Lateranum deducitur.

Eugenius Terracina potitus obiit.

Anastasius ppa. QVARTVS.

Hadrianus ppa. QVARTVS.

Arnaldus brixian' hereticus ab Hadriano vrbe pellitur.

Cardinalis sctæ Potentianæ a populo Ro. uulneratus.

Interim Guilielmus Siciliæ Rex: qui defũcto Rogerio successerat: Beneuenti suburbia et complura oppida occupauit. Quẽ

Beneuentum a Guilielmo Rege occupatum.

Guilielmus ab Hadriano excommunicat

excommunicatum / Hadrianus Regni titulo priuauit.

Federicus primus ex gente Suetuia Imperator destinatus Lombardiam ingrediens

Tortona urbs a federico capta.

capta Tortona magna celeritate Romam contendit. Pontifex Viterbij agens: i vrbem ueterem se contulit: Conciliationeq; per internuntios facta: in agris Sutrinis Imperatori occurrit: quem paulo post i basilica beati Petri coronauit. Inde a Regni proceribus rogatus: Beneuentum se contulit: et magnam Regni partem abstulit / Guilielmo. Paleologus interea græcus ad eum delatus est / quinque milia librarum auri promittens: si Guilielmus Italia pelleretur. Id Guilielmus intelligens / miseri cordia ductus: omnia Pontifici restituere / aurumqué quod Græcus pmiserat / libentissime pollicetur: modo utroq; Regno cõfirmaretur. Sed Cardinalium auaritia denegatum. Mox Guilielmus parato exercitu Apuliam ingreditur: superatis Græcorũ et Apulorum copijs apud Brundusium. Tũ

Hadrianus federico conciliatus filiũ in diui petri basilica coronat imperij

HADRIANUS

federicus magnã Guilielmo Regni partem ademit.

Paleologus de spe pellendi Italia Guilielmi frustratus:

Victoria Guilielmi de Apulis et grecis apud Brundusium

Pontifex Cardinalibus indignatus, q̃ ma le consuluissent: uocatum ad se Guilielmũ apud Beneuentum in gratiam recepit: eũ q̃ iterum sacramento adactum: de utroq̃ Regno inuestiuit. Postea per Marsos ĩ urbem ueterem se contulit: Primus omnium Pontificum: a quo ea urbs habitata: et cultior facta est. Inde Romam reuersus: et malignam consulum conuersationem odio habens Agrianum petijt: ibiq̃ mortuus est.

Guilielmus Hadriano reconciliatus v triusq; regni iuestitura donatur

Mors Hadriani Papae

Alexander tertius a duobus et uiginti cardinalibus mortuo Hadriano est suffectus. Octauianus tituli sancti Clementis, Cardinalibus a tribus tantum profanatus, Victor est appellatus. Alexander Federicum Cremam obsidentem per Legatos orat, ut sibi adsisteret. Cui respondit, Vtrunq; Pontificem Papiam ad se ire oportere, eorum iura audituru. Alexander Ananiam se cõtulit: Octauianus Segniam occupauit. Imperator duos Cardinales ad Alexandrum misit: qui ad concilium illum Papiam uoca

Scisma obortum inter Alexandru põtifi tem et Victorem Antipapam.

Alexander et Victor ad concilium papiam a federico uocati.

Victor ad Imperatore papa declaratur et coram oī busado rat V R.

Imperator et victor ab Alexandro papa cōcatVR

Alexander ad Philippū Regē gallie se cōtulit: et anathem Imp̄atorē publicAVIT.

Almericus hierosolymē REX.

Mediolanum capta Tortona a federico solo aequat V

Federicus orat gallorū Regē ut Alexādū ad concilium ducat.

rent: et qui Octauianum eodem deduceret. Quem Imperator in concilio papam declaratum adorauit: eiusq; equum de more per urbem duxit. Alexander uero monitione premissa Octauianum et Imperatorem excommunicauit: Sparsis litteris et nuntijs per orbem: qui suam Iustitiam ubiq; ostenderent: Et Romam rediens multos sibi aduersantes inuenit. Hortante igitur Philippo gallorum Rege: in Campaniam rediuit. Inde nauigio uectus Galliaz proficiscitur: et Imperatoris anathema publicauit.

Dum hæc aguntur mortuo apud hierosolymam Balduino: Almericus frater in Regnum successit: qui Ægyptijs magnam intulit stragem.

Federicus interea Imperator Tortona spoliata: Mediolanum solo æquauit: Cremāq; maximis affecit incommodis. Et missis oratoribus ad Regem Galliæ: roganit ut Alexandrum ad concilium duceret: cum ipse Victorem ducturus esset. Dat

est Conuentui locus apud Iunonem: quo proficiscitur. Alexander ire negauit: q; ipse non instituisset concilium. Retrocessit igitur federicus in Germaniam: Et Alexander apud Turonium Concilium dixit. Interim Octauianus Lucæ moritur: Et Guido Cremonensis in Antipapam subrogatus est. Et Alexander ex Gallia reuocat.

Iuno conuentus Locus

Alexãder cõcliũ apd Turoniũ dixit.

Mors octauiani Antipapæ.

Guido cremonẽsis Antipapa

Hemanuel Imperator paulo ante id tempus Venetis apertissime hostis apparuit: Qui Stephanum hungariæ Regem illis inimicum in amicitiam sibi iunxit. Veneti tamen ob eam rẽ/q; Imperium Græcorum tutari consueuerant: eius sibi prouinciassẽ iecere: duos simul hostes perpessi. Stephanus hungariæ Rex simulata cum Venetis amicitia: duas ex nobilitate hungariẹ virgines duobus filiis Ducis Veneti matrimonio copulauit. Postq; in Dalmatas soluẽte/Spalatrum Tragurium: Sibinicumq; Venetis rebellare suasit: Et Laudenses et in rebellionem adduxit. Anconitani q̃q; Hemanueli Græco subiecti/Venetos infe

Dum Hemanuel Stephano hũgariẹ Regi cõtra Venetos coniũgit: ab illis inuasis multas ex suis prouincias amisit

Stephanus hungariæ Rex simulata amicitia nõ nullas urbes venetis rebellare persuasus est

Anconitani venetis infensi.

Guiscardus ancone dux a venetis suspēsus.

stabant: Sed dux eorum Guiscardus captus a venetis suspensus est. Id autem actum est q̃ paulo ante classis Venetorum Patriarcham et septingentos nobiles Pannonuz foro Juliēsiuq̃ ceperat: qui ea lege a uenetis dimissi sunt: ut singulis annis foroiuliense penderent tributum duodecim porcoruz.

Tributū qd fo roiuliense venetis dabant.

Ducenti nobiles obsides ladria a venetis accepti

Classis veneta ladrea hungaros deturbauit: muroſq; apetuit: ducentis obsidibus ex nobilitate acceptis. Tum Dalmatæ territi: eiectis hungarorum præsidiis: Hemanuelli se dediderunt: qui sub fide publica oia Venetorum nauigia quæ in Imperio suo erant cum maximis mercimoniis intercepit. Quapropter ingentem classem parauere: quæ Tragurium diripuit: Ragusium cepit: et Euboiam obsedit. Sed spe potiundæ vrbis amissa: chium soluit: omnisq; Insula ui capta est: ubi Michael vulneratus domum rediens obiit: Et Sebastianus ei suffectus.

Dalmatæ Hemanuelli se dediderūt.

Venetorum nauigia ab Hemanuele ītercepta

Tragurium Ragusium et chiū a venetis captū.

Mors Michaelis Imp. greci

Inter hæc Federicus barbarussus cum magno exercitu in Italiam uenit: et parte co

Aduentus federici barbarussi in Italiam

piarum in Etruriam missa: ipse Ancho
nam proficiscens: eam obsedit:

Anchona a federico obsessa.

Per id tempus Guilielmo Normano Sici
liæ Rege apud Panhormum defuncto:
Guilielmus filius successit.

Mors Guilielmi Regis.

Hemanuel græcus Imperator: missis Ro
mam Legatis/ obtulit se cum omni eccle
sia orientali uelle Pontificem Romanum
orbis christiani caput recognoscere: Cas
copias in Italiam traiceret: quibus facile
federicus pelli posset: pecuniasq; ingen
promittens. Quam rem ut Pontifex explo
ratius intelligeret/ anno septimo sui pon
tificatus Legatos constantinopolim mi
sit. Per quod tempus Tusculani et Alba
ni: qui immoderatius tributa pendere
coacti essent: ab Romanis infestabant.

Maxima Hemanuelis Imperatoris Romano Pontifici p mis so

Tusculani et Albani a Romanis infestati.

Raino/ quem ducatu Apuliæ Rogerius pri
uauerat: Tusculanum regens/ accersiti
Germanis apud Sutrium sedentibus:
tantam cladem intulit Romanis: quan
tam apud Cannas ab Hannibale accep
tas ferunt. Illud plane constat/ q; nunq;

Ingens clades a Raino per Germanos Romanis data

Federicus in prata Neronis castra metatus est:

postea Romani caput erexere. Federicus dimissa Anchona, Romam uenit. et in pratis Neronis castra locauit. Papa metu deterritus, laterano dimisso in fraiepanensium domos sese contulit.

Guilielmus Rex opem Alexandro misit.

Guilielmus Siciliæ Rex, pecuniam quã Pontifex sibi cõsuleret, duabꝫ triremibꝫ misit. Sed Pontifex duobus cardinalibus missis de rebus agẽdis consilium petiuit.

Conditiones pacis federici cum Romanis

Federicus pacem Romanis obtulit: modo cognoscerent, eligerentue ex duobus Pontificibus dignioreẽ. In quas conditiones cum populus inclinasset: Alexander noctu Caietam: Inde Beneuentum concessit. Federicus uero ob pestẽ Roma pulsus: non sine graui exercitus dãno in Lombardiam abiit: et lombardorũ apparatum ueritus, in Germaniam rediit. hostesque abeuntem usq; ad Alpium radices sunt insecuti.

Federicus ob pestẽ Roma pulsus I germaniam redij abhostibꝫ adalpes usq; insecutus

Eo anno Romani Albam funditus euerterũt Idem in Tusculanos egissent, ni Pontifex obstitisset.

Alba funditus a Romanis eversa

Interim Guido Romæ obiit: et Ioannes abbas ex pannonia furto quidem ĩ

Mors Guidonis Antipapæ

Ioannes Antipapa.

famis/ei suffectus est. Raino sibi tumensei Tusculanum tradidit. Et a die Athusculais Antipapa eiectus est: et Raino a Phaliscis minime admissus: frustra Tusculum petens. Quare ad Pontificem qui Verulas uenerat/ se contulit: et Ius quod in Thusculo habebat/ei donauit. Tusculani quoque publico consilio Alexandro ad se uocato deditionem fecere.

Raino Ioãni abbati Antipapæ Tusculanũ tradidit:

Antipapa a Tusculanis eiectus.

Raino et Tusculani Alexãdro pontifici se dedere

Henrici Regis Angliæ oratores ibi auditi sunt: purgantes dedecus et infamiam quam Rex de nece beati Tomæ incurrerat. Pontifex ad rem apertius cognoscendam: duos Cardinales delegauit: Quibus apud Normandiam Rex occurrens in has cõditiones uenere: ut Henricus iuramento se purgauerit/promiseritq; pro nece sancti uiri poenitentiam agere: Cuius et si fuisset inscius atque insons: tamen occasionẽ præstitisse uisus est: propterea q; illum uiuentem minus debito honorauerit. Ducẽtos insuper milites hierosolymam missurum: qui annum ibi militarent promisit.

Oratores Henrici Angliæ Re infamiam et de nece beati Tomę purgãtes ad Alexandrv M uenerunt: qui pijs conditionibus Regem absolvit.

et se triennio aduersus barbaros cum exerci
tu quem cogere posset profecturum: hisq;
rebus iureiurando sua sponte adactus est:
seq; et filium Regni consortem ab Alexan
dro Pontifice commissum ita obtineret: ut
neminem posthac Angliæ Regem futuq;
qui non sit a Romano Pontifice constitu
tus. Pontifex Segniæ reuersis Cardinali
bus ex anglia: Thomæ miraculis cognitis,
ipsum in cathalogum sanctorum ascripsit.
Paulo post inter Henricum Regem et filiv
bella exorta: Quapropter Aquitania ma
gnis flagrauit incendijs: quæ secundo an
no Pontificis interuentu sedata sunt:
Federicus quinto anno in Italiam redijt: se
cusam dolo captam diruit. Alexandria
quatuor menses dura obsidione pressa:
Inde per indutias, cuniculis quibusdam
milites immissi: qui noctv portas patefa
cerent. Sed erumpente populo, magna cla
des exorta est: et vrbs obsidione liberata.
Papiam deinde pergens: occurrentibus ho
stibus, per Legatos indutias pepigit: pla

Henricus filiu Regni consortē commisit

Diuus Thomas ab Alexandro in cathalogo scōv ascribit

Secusa a federico diruta et Alexādria durissima obsidione euexa

Indutiæ inter federicum et HOSTES:

cuitq; nihil de pace agere Pontifice in con
sulto.

Interea Almericus Rex hierosolymitanus multis tentatis bellis, nec dum absolutis: uita decessit. Cui Balduinus filius sextus Rex successit: qui morbo Lepræ laborans, Regnum nihilominus prudenter administrauit.

Mors Almerici hierosolymorum Regis.

Balduinus sextus Rex hierosolymor.

Alexander Pontifex post populatum papiensem agrum ab Mediolanensib: nouæ urbi Alexandriæ episcopum dedit. Ab exercitu federici et Mediolanensib cum suis præsidijs apud Carotium atrocissimum proelium est commissum: In quo Imperatoris signifer occidit: et Aquila capta sub federico: Qui dum multos sua manu leto mittit: equus confossus est: et ipse cadens ꝛ creditur interemptus. Magna utrinq; clades edita est. Sed victor Mediolanensis domum redijt: Præda ingens militi concessa. Imperatrix mutata ueste: per oratores viri cadauera Mediolanensib petiuit sepultura decorandum: Sed ille

Episcop' Alexandrie ab Alexandro datus

Signifer federici et Aquila a Mediolanensib in prelio c ap t A ꝛ

Impat'x credes federicv ī bello ac casv: corp' ab Mediolanēsib petit.

Federicus Papiæ visus

Quinta die Imperatorio habitu per Papiã incedere uisus est: quem populus perẽptum putabat. Proceres tamen palam dixere id propter ecclesiæ persecutionem sibi euenisse: et Archiepiscopi protextati sunt, nisi Pontifici Imperator reconciliaretur se defecturos. Quamobrem ad Alexandrum oratores pro pace Ananiam missi sunt. FINIS LIBRI QVINTI. LIB. VI

Oratores ad Alexandrum missi pro Imperatoris conciliatõe.

Locus conuentui datus ad mutuũ Pontificis & Imperatoris colloquũ.

ANaniæ factũ est: ut Pontifex Bononiam: Imperator Mutinam se conferret: ut faciliũ in colloquium uenire posset. Atque ut id efficeretur: in Garganũ mõtem Papa profectus est. Vbi paratas tredecim triremes a Guilielmo Siciliæ Rege ad id missas reperit: Quibus Venetias delatus: Et terrestri itinere sex Cardinales misit Bononiam. Federicus haud cũctãter Mutinam uenit. Ad quem Cremonẽses relictis sociis defecere.

Alexander Venetias ẽ delatus

Federicus Mutinam venit.

Cremonenses ad Federicũ defecere.

DVM hæc aguntur Hodarinus Turcorũ Rex obijt: Et Saladinus illi suffectus ẽ.

Mors Hodarini Turcorũ Regis.

Saladinus Turcorum Rex

illorum omnium ea tempestate fortissim̃ ac prudentissimus: Qui Ægypti Rege armis capto/ occisoq; Ægyptum sibi Syriãq; subegit: Attriuisset que christianos ĩ Asia: ni Balduinus quartus eodem anno Regnũ accepisset: qui tertio anno Saladini copias apud Ascalonem fudit: et alio proelio apd̃ Tyberiadem uiginti Saracenorum milia ꝛ Turcorum atque Arabum præsente Saladino profligauit.

Saladinus captio egypti Rege egyptiũ Syriamq; sibi subiecit

Victoria Balduini quarti: apud Ascalonem et Tyberiade de Saracenis

Interĩ Hemanuel secundus Ciliciam ĩgressus/ eam sibi subegit: et apud Cineum urbem castrametatus est. Soldanus qui ad Regnum aspirabat/ cum decem millibus ĩ propinquo concedit: petens ab Hemanuele ut reliquas urbes/ quas ipse non cepisset: suo Imperio relinqueret: et secum foedera inire. Vtrunq; ab illo denegatum est: et simulata fuga/ in arctissimas fauces secessit: positis insidiis qui sequentem Hemanulem intercluderent. Hemanuel cum omni exercitu insequens captus: eaq; lege dimissus: ut redditis quæ occupauerat locis/ paces

Cilicia ab Hemanuele secundo subacta

Negante Hemanuele cõcordiam cum Soldano: positis insidijs cũ oĩ exercitu suo capitur. et Ceciderunt. Postea Lege dimittitur

constanter seruaret.

Pax inter Alexandrũ et federicũ firmata.

Pontifex cum Imperatore Venetijs pacem firmauit: restituto in eius amicitiam Guilielmo Siciliæ Rege.

Lex ab Alexandro cõsulibus data.

Romæ actum est: ut creati a populo consules non prius custodiendæ urbis Magistratum inirent, q̃ seruandæ fidei Pontifici et ecclesiæ sacramento coram Pontifice adacti essent. Sancitumque: ne quis ferrum: ligna aut arma infidelibus deportaret.

Hemanuelis imperatoris et Alexandri pontificis obitus.

Eo anno. Hemanuel Græcorum Imperator mortuus est. Alexius Imperio successit: & Alexander Romæ obiit: Cui Lucius tertius Luca urbe oriundus successit. Andronicus uero ad Imperium aspirans: omnes latinos qui Constantinopoli habitabãt et pupillo fauebant: publico expulit edicto: et Alexium Imperatorem Laxandi animi gratia nauigantem præcipitauit in mare: primariosque urbis omnes interfecit: et assumpta purpura Imperium usurpauit.

LVCIVS. III PONT. MAX.

Latini cõstãtinopoli degẽtes ab Andronico tecti: et Alexiusima ri precipitatus.

Lucius Pontifex fauen

tibus quibusdam ciuibus/dum Romanos consules deponere nititur: ex urbe deturbatur: fautoribus omnibus oculi effossi.

Luciius ppa: ex urbe deturbatur. fautoribus oculis effossis

Per id tempus Saladinus Regnum hierosolymitanum depopulatus est/multis interfectis mortalibus.

Regnũ hierosolymitanũ a Saladino depopulatũ.

Guilielmus Rex Siciliæ interim Iaunorũ iniuriam ulturus/aduersus Andronicũ expeditione parata: Thessalonicam Macedoniæ urbem cepit: Andronico minime occurrere audente/propterea q̃ ciues suos exilio damnauerat/aut occiderat.

Thessalonica a Guilielmo Siciliæ Rege capta.

Quapropter Constantinopolitani Isaach ex Peloponesso ad Imperium accitum extulerunt: et inito proelio Andronicum superauit cepitq̃/et singulis mutilatum membris: in acerbis cruciatibus uitam finire coegit.

Andronicus ab Isaach capitur et mẽbratim mutilatur

Lucius Pontifex/dum Guilielmum Siciliæ Regem hierosolymam mittere statuit uita functus est. Cui vrbanus tertius successit: et Balduinus quartus hierosolymæ uitam finiuit.

Mors Lucij ppe.

Vrbanus ppa. 3.

Mors Balduini quarti:

Saladini magnillata christianis apd Tyberiadem clades

SALADINVS Relicta Tyberiadis obsidione christianos situ laborantes uertit in fugam magna cum illorum clade: Religiosos in proelio seruatos securi percussit. Inde Anchonam duxit exercitum: et christianis cum singulis uestimentis abire permisit. Vrbs dedit sese. Capta etiam est omnis illa ora maritima usque ad Ascalonem: Cuius conciues munitionibus fisi: nisi post captam hierosolymam se deditionem facturos responderunt. Oberat multis christianis Saladini benignitas: cum nullum populum urbe eiecisset tributa pendere uolentem: Multis tamen fidem fregit. Comes Tripolitanus fugiens Tyrum ubi Corradus erat se contulit. Cuius suspectam habens fidem Tripolim confugit. Vbi morte subitanea decessit: et corpus eius circumcisum repertum: Nam Saracenus effectus est. Saladinus Ascalonam decem diebus oppugnat.

Anchona a Saladino capta.

Ascalonenses saladino deditionem se facturos policentur

SALADINI BENIGNITAS

Comes tripolitanus: Tripolim Corrado oppressit. et morte subitanea e uita decessit

Ascalona a Saladino oppugnatur.

Interim Turcarum exercitus Laodiceam christianis dedentibus accepit: Quae Arabum aucta turmis dum in Anthiochenis agris

Turci a christianis Laodiciam per deditionem accipiunt

debachantur: irrumpentib⁹ christianis/ tanta clade attritæ sunt: quantam uix superioribⁿ annis christiani pertulerant.

Turmae Saracenorum a christianis attritæ.

Saladinus frustra decem diebus hierosolymam oppugnat. Sed perfidia uincendae urbis non reliquit obsidionem: Sed multitudo desperatione magis/ q̃ nemo eis auxilium ferebat/ q̃ oppugnatione deditionē fecerunt his legibus/ uti quisque cum suppellectile quam humeris ferret/ abire permitteretur. Saladinus hierosolymam ingressus in sacris basilicis stabulatus est: cāpanas omnes e turribus eiiciens. Templum Salomonis conseruatum. Quod priusq̃ ingrederetur/ aqua rosacea lotus ob loci uenerationem. Capta hierosolyma in Tyrum soluit: quam Guilielmus defendendam tenendāq; publico consilio acceperat. Vnde Saladinum maximo damno affectum repulit: qui in Anthiochiam duxit.

Hierosolyma per deditionem christianorum certa conditione capt.

Aedes sacrae p̄t Salomonis tem a Saladino stabulatae.

Saladinus ap̄d Tyrum a Guilielmo repulsus.

VRBANVS tertius qui ædictum promulgauerat de ferenda ope christianis: Venetias proficiscens/ Ferrariæ obijt. Cui Gregori

Mors vrbani 3. PAPAE.

octauus Beneuentanus suffectus est: qui simili ardore concitatus/Pisas proficiscēs ut eorum Ianuensiumq; res componeret. octauo et quinquagesimo die/Pisis obiit: et Clemens tertius Pontificatum accepit.

Mors Gregorii Papæ. viii.

Clemēs. ppa. 3.

Saladinus intra menses tres/ciuitates qnq; et uiginti cum ipsa Anthiochia cepit: corrupto patriarcha multo auro.

Ciuitates a Saladino captæ

Patriarcha corruptus auro.

Ad edictum autem Pontificis multi principes sunt excitati ad capienda arma pro religione: precipue Federicus Imperator Philippus Rex Galliæ: Richardus Rex Angliæ: Oddo burgundiæ dux: Veneti etiam et Pisani ualidissimas eduxere classes. Guilielmus Siciliæ Rex Saracenos omnes in mauritaniam redeuntes qui christianos undique magnis affecerant commodis/et Siluinam urbem quadraginta diebus obsessam diripuerant/ad unum trucidauit. Et Bella Rex hungarus pro salute christianorum Pacem dedit Venetis. Saladinus undiq; contractis copijs: prope christianorum castra exercitum

Expeditio christianorum principum aduersus Saracenos

Siluina urbs a Saracenis capta et diruta.

Saladini castra prope xpianorum exercitum posita

Dimontrauit

collocauit: ita ut christiani ab eo et ab oppidanis assidue uexarentur. Pugnatum est tandem totis uiribus una die: et dum christiani propemodum uictores essent/casu quo solet/ob fugientem equũ ipsi etiam in fugam uersi sunt: fuissetq; ad internitionem cęsi: ni Granfredus p custodia castrorum relictus/facta eruptione hostes repulisset. Duo milia ex christianis sunt cæsa: complures saucii. Duraue rat hæc obsidio apud Ptholomaidam ãno cum dimidio. Sed fames et dissinteria adeo christianorum castra inuaserat: ut cogerentur ab hoste annonam petere: et triginta milia sublatis clamoribꝰ ad hostium castra profecti sunt: Saladinus simulata fuga castra sine custode reliquit omni suppelectile plena: Ad quam rapiendam dum christiani sine timore concurrunt: ipse in castra rediens/oneratos inuadens straui t: et occidione maxima omnes pene cõfecit. Perierẽ in castris dissinterijs Sibylla Guidonis uxor et quatuor filij.

Saladini victoria de christianis simul pugnãtibus:

Fames et dissinteria christianorꝫ castra invasere

Saladinus simulata fuga. xxx. xpianorꝫ pene interfecit.

Mors sybille cum quatuor natis

Mors Guilielmi Siciliæ Regis

Interim Guilielmus Siciliæ Rex Panhormi obijt sine legitimo herede: ita ut Regnum ad ecclesiam deuoluereturr: Sed magnates adulterinum sibi instituerunt.

Philomena turcarum urbs et armenia minor a federico su acta

Mors federici Imperatoris et exercitus dissipatus.

FEDERICVS Imperator cum maximo exercitu Constantinopolim petijt: Et Philomenam urbem Turcarum primum cepit. et Armeniam minorem ingressus: omnia redegit in potestatem suam: Sed dum lauandi causa rapidum ingrederetur amnem: inexplorato submersus est. Cuius copiæ breui partim morbo: partim fuga dissipantur. Dum acriter oppugnatur urbs a christianis: Clemens Romæ moritur: Cælestinus tertius illi subrogatus est: Qui ægre ferens Tancredū Siciliæ Regno potiri: Constantiam Regenatam in monasterio Panhormi clausam occulte eductam: Henrico sexto federici barbirussæ filio dispensatione apostolica in matrimonium copulauit: eumq; Regem: a Germanis Imperatores electum constituit: Regnumq; citra &

Mors Clemētis Pont. Māx

Cælestinus papa tertius:

Capta ab Henrico dispēsatione aplica cōstātia uxore a germanis Imperator eligitur et regnū ei traditur a celestino papa concedit

ultra farum concessit reseruato sibi cēsv.
Henricus et Constantia Neapolim obsederunt: Sed peste offensi in Germaniam redierunt.

Neapolis ab hēnrico obsessa

Et continuata Ptholemaide oppugnatiōe annis duobꝫ tandem deditio facta est, ea lege: ut pars crucis dominicæ restitueretur: et pars Philippo et Richardo pars committeretur: Sed dominica cruce nō inuenta: Richardus sibi commissos trucidauit. Philippus cum captiuis christianis commutauit. Saladinus his damnis affectus, multas urbes aperuit, quas tueri diffisus est. Ricardus spem urbē instaurauit, christianisque repleuit:

.Ptholomaida post annos duos qbꝫ obsidēti cepta est a xpi ani CAPTA

.Multæ urbes a Saladino apertæ

Cogitabat Balduinus Hierosolymam christianis reddere: Sed discordia inter Philippum et Richardū orta, mutauit consilium. Et Philippus simulato morbo iur creditum est: Oddoni burgundo relicto exercitu, ex Asia commigrauit. Richarduſ maiori animo rebus gerendis incubuit

Discordia inter Philippū et Richardū Regēs

Mors corradi ī foro insulę Tyri

Perid tempus Corradū in foro Tyri agentē duo siccarij gladijs confoderunt/q̄ morti se deuouerant/ut hostem suæ superstitionis occiderent: æternam inde sperantes salutem: Qui e fuga retracti/crudissimis cruciatibus perierunt. Quam urbem Henric̄ Campaniæ comes accepit. Oddo Burgūdie dux cum Aulam apud Ptholomaidam incaute circuit/casu labens/effracta ceruice

Tyrus ab Henrico Campanię comite capta.

Mors Oddonis Burgundię ducis.

interijt Saladinus quoque eodem tempore mortuus est. Cuius fratres filiiq; grauissimis odijs decertarunt: Et christiani Biblium pecunia redemptum contra fœdera ceperunt.

Mors Saladini Turcarum ducis.

In Sicilia Tancredus et Rogerius filius i mortui sunt. Quamobrem Henricus Romanorum Imperator a Celestino uocatus cum Constantia coniuge/et Henrico filio quadrimo: qui persecutor ecclesiæ fuit in Italiam uenit. Henricus capta Neapoli citra et ultra farum Regnum obtinuit.

Mors Tancredi Siciliae Regis et filij

Henricus Imperator a Celestino uocatus i Italiā uenit: et capta Neapoli citra y ultra fay Regnū obtinuit.

Saraceni uero ulteriorem hispaniam ingressi Regem Castellæ proelio superatum ceperūt.

Rex castellae a Saracenis in proelio captus

LIBER SEXTVS

In Pannonia motuo Bela hericus filij Regno successit: Que Andreas frater magnatum ospiratione eicere niy. est. atq; in pliu pdiere. Sz heric a suis destitutus gestas Regale sceptrum pfratna acies delat, qres, qs Regio sanguini manu iicere, a fre occisus est.

Mors Henrici Regis Pannoniae.

Celestino Romæ defuncto Innocentius tertius Ananius Papatum cepit. Et eodem tempore Guilielmus in Sicilia obijt

Innocentius papa tertius.

Mors guilielmi Siciliæ Regis

Saraceni et Turcæ Iopen obsidentes: nec christianorum deditionem accipere uoluerunt: Sed ui captos ad unum interemere et funditus urbem euerterunt.

Capta a Saracenis Ioppe: xpiani os truncati S V N T

Hilmimolinus Tunetis Rex Innocentii tertii anno tertio in hispaniam traiecit. primumq; apud Toletum castra posuit. Pontifex uero publico edicto christianos ad hispanorum tutelam inuitauit. Conuenere multi ex Gallia: sed ab hispanis minime sunt recepti. Quamobrem hilmimolinus longissimo victoriæ cursu utranq; hispaniam peruagatus est: et usque ad Lugdunum omnia populationibus incendijsque fœdauit. Postremo uero quatuor Reges hispani: Castellæ Aragoniæ: Portugaliæ et

Hilmimolin' Tunetis Rex vtranq; hispaniam populationib; incendijsq; foeda vit

Expeditio. iii. regum adiuns hilmimolinum

Victoria hispanor Regum de himinolino saracenor Rege

Nauariæ iunctis simul copijs Saraceno congredientes ingentibus animis maxima uictoria potiti sunt: omniaq; himinolino adempta præter Granatam.

Liuonia prouincia ad fidē christi conuersa

PER idem tempus Liuonia prouincia amplissima Innocentio procurante ad fidē christi conuersa est: Et beatus Dominicus adiuuante Symone de Monte forte hæresim ē Tolosa extirpauit: Et Otho Romanorum Imperator prœlijs omnibus a Philippo superatus in Agripina colonia sese clauserat undique obsessus: Et cum ad cōgressum erupisset superatus est: et a Coloniensibus expulsus: qui Philippo se dediderunt: Sed Comes Palatinus Philippū insidijs interemit: Electusque a Gēmanis Otho quintus:

Hereses ē Tolosa per beatum Dominicum extirpata

Otho Impator a philippo plio supatus et a coloniēsib; pulsus.

Philippus a comite Palatino pēsidiis occisus.

Otho Impatō. v.

Maimericus Rex Cypri 7 hierusalem a peribus regno electus:

Eodem tempore cum Maimericus Rex Cypri et hierusalem res male administraret: Proceres eum hierosolymitano Regno deposuerunt. et Ioannem de brenginacelebris Phamæ ex Gallia uocauerunt. Qui cum multis copijs Constantinopolim de

Ioannes de brēgia uocatus Tyri et hierusalē coronam accepit.

latus/ Imperatoris Henrici classe fretus Ptholemaidam uenit: filiamq; Corradi uxorem duxit. Inde Tyri et hierosolymæ coronam accepit.

Ioannes Corradi filiam uxorem duxit.

Interea Otho Imperator/ uiolato Iureiurando Radicofonum et multas in flaminia ecclesiæ urbes occupauit. Innocentius monito Imperatore ut desisteret/ illum demũ perseuerantem excommunicauit: Imperioque Germaniæ priuauit. Postremo Othone Germaniam redeunte: Pontifex oĩa quæ amiserat/ recuperauit.

Otho Imperator ob occupatas ecclesię urbes ab Innocentio excommunicatus

PEr idem tempus Rabanus qui Euboiam tenebat: Gothofredus in Achaia: et Michael Græcus cum parte Peloponessi/ Venetis tributa pendebant: Cretam in coloniæ formam redegerunt. Tum inter Imperatorẽ Constantinopolitanum et Venetos et Turcarum Regem in duos annos indutiæ datæ: Et Otho Imperio priuatur. Reginaldus a Rege Gallorum suo Regno deturbatus est.

Rabanus et Gothofredus venetorum trubarij.

Creta a Venetis in coloniam redacta.

Indutie inter Imperatorẽ et Turcarum Regẽ ac Venetos

Otho Imperio priuatus

Ioannes Rex Angliæ: q; Galliarum Rex

Ioannes Rex Anglie.

Ioannes Rex Angliã et hibniam Romãe clie feudatariã fecit

maximas copias terra marique parauerat: ad Innocentium tertium confugit: Angliam et hiberniam Romanæ ecclesiæ feudatarias constituens. Centum præterea auireos quot annis soluere promisit.

Bellum inter Othonem imperatorem et Philippum gallis a REGEM

Otho cum Philippo ad Pontem Bouinarũ in agro Tornacensi prœlium iniit: In q̃ Philippus equo deiectus: Sed a suis adiutus. Otho duo hominum milia Philippus trecentos desyderauit: Otho perditis Aquilis in Saxonia obijt.

Mors Othonis Imperatoris.

Mors Henrici Impatoris.

Apud Constantinopolim Henrico Imperatore defuncto: Petrus Gallicus suffectus est.

Federicus secundus a Innocentio tertio coronatus

Federicus secundus Regiam a Pontifice coronam accepit. Quapropter fundanum comitatum Romanæ ecclesiæ perpetuo subdidit.

Christiani principes i auxiliũ terre scẽ concõdant

Pontifex cum totius pene orbis principes ad ferendam opem terræ sanctæ inuitarẽt concorditerque omnes promisissent: ortum est bellum inter Ianuenses et Pisanos:

Bellũ inter Ianuenses et Pisanos.

Ad quos.

Ad quos pacandos Pontifex conuersus: Perusii mortuus est. FINIS LIBRI. VI.

Mors Innocẽtij Papae. III.

AB Honorio qui Innocentio successit: Petrus Constá tinopolitanus Imperator: et Iole uxor in Ade diui Laurentii sunt coronati: Et Ioannes columnensis cardinalis: qui ab Innocentio fuerat declaratus Legatus ad res Asiae reformandas cõ copiis mittitur. Promiserat nanq; Petrus Venetus Dirrachium recuperare: quod Theodorus Epyrotharum dux dolo captum tenebat: quae urbs egregie munita, obsidione capi non potuit: Et terrestri itinere redeiens ab Theodoro, interceptus, in carcerem detrusus est.

LIB. VII.

Petrus cõstãtinopolitan' Impator ab Honoio cõnat'.

Ioãnes colũnen'. Cardiãl' Legatus.

Dirachiũ a Theodoro duce epyrotay dolo captuz.

Petrus Venetus ab Theodoro ĩ carcerem detrusus.

Damiata Aegypti ciuitas a Pertinace Helio cõdita: triplici murorum munimine cincta: quam Nili pars ambit: in Insulamque redigit: a Soldano obsessa est: cum Nili tranquillitas post magnum incrementum secuta esset: Soldanus terrore compulsus, relictis castris aufugit: et christiani magna dn

Situs Damiatae urbis ab Helio pertinace cõdita: et a Soldano obsessa

S A E

Victor Sia xpiãnoy de Soldano.

nona potiti sunt.

Hierosolymæ muros obtuendi diffidentia a Saladin diruuntur.

Corradinus Saladini filius, hierosolymæ ultra retinendæ spem abiecit: et muro undique diruto: turrim Dauid: ac templum domino consecrauit: et christianorum precibus, ut creditur: sepulchrum christi minime uiolauit.

Damiata a christianis uicitur capitur.

Damiata post anni et dimidij obsidionem cum conciues magna ex parte pestilentia perissent: capta est. Tria etenim milia uirorum reperta sunt: cum ab initio obsidionis septuaginta milia præsidio essent. Et

Petrus in carcere detruditur.

dum Petrus a Theodoro græco in carcere detinetur: Iole uxor moritur. Tum pceres

Robertus Petri filius Imperator eligitur. Ordo bti dominici ab honorio firmatur.

Robertum Petri filium ex Gallijs accersiti Imperatorem elegerunt: Et Honorius Romæ ordinem diui dominici confirmauit.

Federicus Pontificem persequens excommunicatur: et Imperio priuatur.

FEDERICVS Secundus mortua Constantia matre, quæ dum uixit, eum prolabi minime passa est; immemor iurisiurandi, Pontificem persequi cepit. Quapropter excommunicatus Imperio priuatur.

Christiani Babillonem expugnaturi: i con

ſpectu caſtra poſuere. Soldanus timorez ſimulans/minime ad prœlium egredit̃: expectanſ quo tempore Nilus inunda re conſueuerat. Creſcentibus igitur pluſ ſolito aquis: pluribus locis irrumpẽſ chriſtianorum caſtra adeo inundauit: ut ſupra cubitum omnia aquis tegerentur. Quo malo chriſtiani perterriti/pacem petiuere. Quib̃ in hunc modum data eſt. Damiata cum rebuſ omnib̃ Soldano reſtitueretur/& utrinque redditĩ captiuis: ipſe partem ligni crucis quam penes ſe haberet/redderet: Chriſtiani q̃; Anchonem Tyrumque redderent. Atque ita octo annis pax cum Saraceno et Turco firmata: Et Damiata eadem die/qua a chriſtianis capta eſt: eadem barbaris reſtituta: anno Milleſimo ducenteſimo uigeſimo primo.

Chriſtiani in expectatione inundationis Nili a Soldano decepti: pacem firmare coacti ſunt.

PEr id tempus Sythæ Armeniam ſuo Imperio addidere depopulatis Regionibuſ per Ripheos montes/quæ Tranſiluaniam Polloniamque contingunt. Chriſtiani

Armenia a Sythis armis ſub act A

autem cum Cardinali Colunnensi in Europá rediere.

Ioannes Rex hierosolymæ Romam ueniens acceptis quibusdam ab Honorio Pontifice muneribus: Pisas se contulit: Federicoque excommunicato, filiam quam ex Iole susceperat: in matrimonium despondit: Et Ius quod in Regno hierosolymitano sibi competebat, dotis nomine donauit. Hinc Reges Neapolitani hierosolymæ quoque se Reges appellant. Ioannes bono omine in Gallias delatus est. Nam Philippus Rex moriens, sexaginta milia librarum argenti sibi testamento legauit. Inde Ioannes uotum exoluturus, beato Iacobo in compostella: in Galatiam se contulit: Quo tempore diuus Dominicus é uita migrauit. anno salutis: Millesimo ducentesimo vigesimo tertio.

Ioannis hierosolymę Regis in vrbem aduę tus: q Federico filiam vxorem dedit

Vnde Reges neapolitani hierusalem se Reges appellant

Mors Philippi Regis Gallorum

Ioannes Rex in Galatiam profiscitur.

Mors beati dominici confessoris

Decedente deinde Honorio: Gregorius nonus suffectus est. Et per eosdem dies Ferdinandus Rex Aragonum, ex Balearibo insulis Maiorica potitus est. Inde valen

Mors Honorij Papae

Gregorius ppa. 9.

Maiorica a Ferdinando Aragon. Rege subacta

tia urbe pulsis saracenis: christianorum ritum induxit.

FEDERICVS in Cyprum nauigans: ut spem christianis promissam firmaret: apparatus Babilloniæ cognoscere curauit: Rainaldo in Sicilia dimisso: qui Pontificem opprimeret: et Picentinum agrum ingressus/ plæraque Pontificis oppida occupauit. Obierat per id tempus beatus Franciscus miraculis illustris: Ad quæ cognoscenda Gregorius Perusiam se contulit: gloriosissimumque viri corpus in sanctorum christi numerum ascripsit. Federicus cõpositis rebus cum barbaris: Anchonem nauigauit. Inde per oratores a' Pontifice absolui petiuit: Quos/ quoniam illius nequitia satis nota erat/ ab se repulit: iussitque ab eo tanquam ab immanissimo hoste cauerent. Tum etiam comparato exercitu Ioannem hierosolymæ Regem cum Cardinali colunnensi aduersus Rainaldum in Picenum misit: Reliquas copias in Cãpaniam: eiecto federici præfecto ex agro

Federici ob spem christianis promissam firmandam in cyprum nauigat

Mors beati fraciscí a' Gregorio nono pontifice cathologo ascripti

Federicus peroratores ab Pontifice petit absolui: qui ab eo sunt repulsi

Exercitus Pontificis aduersus Rainaldum in picenum

Federicus pace a pontifice petita persoluta pecunia magna de noua regni sicilie infeudatione obtinuit cum Imperatoris nomine

Casinate: qui hostium mercede conductu eum locum occupauerat. Quapropter oia in Pontificis potestatem sunt redacta. Interim Brundusium Federicus applicuit: et per oratores pace a Gregorio impetrata persolutis centum uiginti millibus ucijs in ærarium ecclesiæ: ut nouam Regni siciliæ infeudationem consequeretur: et imperator appellaretur.

Romani in cõsulũ creatione in hereseũ labuntur

Interim Romani expulso Consulum magistratu: Senatorem creare soliti, in heresim quandam dilabuntur: Cum quibus Hannibal nobilis Senator sentiebat: Quo

Populi Ro. in Pontificũ rebellio

auctore populus in apertam rebellionem declinauit: Sed illico secuta est Tyberis inundatio, qualis nunquam uisa fuit: et mox ingens pestilentia: quæ multos mortalium afflixit.

Pontificis in populũ Romanũ clementia.

Tum Pontifex Romam se contulit: et preter Hannibalem quem deiecit, omnibus pepercit. Compositis igitur rebus Pontifex: Reate se contulit:

Diui dominici et beati Antonij canonizatio.

et diuum Dominicum in sanctorum cõsortio ascripsit: Et spoleti beatum Antoniũ.

LIBER: SEPTIMVS

Paucis post diebus Helysabeth Pannonie Regis filia in coetum sanctarum uirginu relata est: Quæ quanuis Lancrauio Germano desponsata esset, intacta tamē obiit.

Helysabeth uirgo pānona ī terscās virgines relata TAĪ

Cum rediisset in Italiam Federicus Vicentiam captam diripuit & incendit: Patauinum agrum depopulatur. Henricus filium q̄ aduersum se intelligeret: ad se accersitum in uincula coniecit: et eum in Apuliam relegatum in publico carcere iussit necari.

Vincentia a federico diruta et patauinus ager populatus: et hēricus filius ab eo in carcere necat.

Eodem tempore Theobaldus Nauariæ Rex Americus Comes montis fortis: Henric Comes Bari et Campaniæ: comparatis copijs per Pannoniam et Germaniam: ī ptholemaidam urbem peruenere: populatiq; sunt hostiliter agros inimicorum. Almericus et Henricus longius prædando euadentes, ab hostibus sunt circumuenti: et demum fugiendo defendentes se cū optimis suis, fessi iam, sunt trucidati:

Theobaldus Rex Almericus et hēr Pthomaide agros ꝛ populati: ꝛ Almericus et hēricus a sa rac en is V M T cum suis trucidat.

FEDERICVS Qui in Italiam soluerat: roga

Federicus Imperator.

Federicus Pontifices monita spnĕs clarũ mõtẽ incẽdit et mediolanẽses q̃ plures occidit quos petrus vinc̃l trucidatur.

tus a Pontifice, ut Aui fœdera Italiæ ciuitatibus obseruaret: minime paruit: Sed ĩ Brixienses mouens: Clarũmontem incendit. Mediolanensium exercitum in fugam uertit multis interfectis: Inter quos Petrus illorum præfectus ab eo captus: in Apulia ĩ uinculis trucidatus est. Pontifex Romã reuersus, inter Ianuenses et Venetos res composuit: eo modo: ut alteri sine alteris nullum cum Imperatore Græco fœdus inirent: bella omnia communia essent: et alter alterius uexillum in bella deferret: Atque id in nouem annos sancitum est. Qui contra fecerit: interdictum sibi a sacris intelligeret. His rebus constitutis federic̃ iterum excommunicatur: et Imperio priuatus est.

Pax inter Ianuenses et Venetos a pontifice æquis conditionibus posita.

Federicus iterũ excõmunicat.

Mors Ioannis Imperatoris

PER id temporis Ioannes Imperator Cõstãtinopolitanus obierat: et Balduinus acceperat Imperium. Ragusei a Venetis in amicitiam suscepti. Balduinus bellorum uiis pressus cum pecunias non haberet: Philippum filium infantem loco pignoris tra

Balduinus ut pecunias hĕret Philippũ filiũ Venetis pignori tradidit:

didit Venetis mercatoribus: detractumq; e sacrarum ædium culminibus plumbuz uendidit. Lanceam præterea quæ latus christi aperuit: et Spongiam quæ fel et acetum obtulit: et crucis ligni partem in qua ea christus pertulit, Venetis tradidit, opem ab eis petens, cum a Græcis Imperatoribus esset obsessus: Atque ita Veneta classe obsidione solutus est.

Plumbū ediū sacry a Baldui no uenditur et Lanceu et spōgia xpi cū pte li gni cru cis Venetis datur q pata classe Balduinū ob sidioē libaue r u n t.

FEDERICVS in Æthruria querens quæ urbes secum: et quæ cum Pontifice sentirent Pisanos extulit: summoque affecit honore.

Quo tempore Guelfoz et Gibellinoz nomē sit or tum

Ex eo tempore nomen Guelforum et Gibellinorum ortum est: ut qui ecclesiæ fauerēt Guelfi: Qui Imperio Gibillini dicerentur. Quod nomen primum apud Pistoriensis auditum est: cum Cancellarii Panzaticos eiecissent. Florentini quoque nobiles quosdam, qui Pisanis fauebant, in exilium misere.

Florentini qdā nobiles exulant

Interea mortuo apud Andrinopolim Ioanne vatari: Theodorus filius est suffectus: et Ludouicus Rex Galliæ permittente Bal

Mors Ioannis vatari. Imp.

Theodorus Imperator

Lancea Spōgia et crucis pars a Ludouico Rege redempta

duino: Lanceam/ Spongiam et crucis partem a Venetis redemit. Tum Fulginates et Viterbienses a Pontifice defecerunt: defecissentque Romani: nisi Pontifex facta/ publica supplicatione/ apostolorum capi pita per urbem detulisset: et in æde diui Petri commiseratione plenam orationem habuisset: Populumque cruce signauit tanquam aduersus infideles pugnatur. Quare Federicus cum exercitu urbe pelle retur/ indignabundus: crucem in se de ferri captiuorum omnium qui signati essent/ ī quatuor partes scindi iussit: et de sperans urbe potiri: in Beneuentum mo uit: Quam ui captam/ dirutis muris re liquit. Inde in Picenum agrum ducens Asculanum uastauit: Et Henricus filius flaminiam: quam Romandiolam dicūt maximis affecit calamitatib: Quo tem pore presules maxime afflicti sunt. Qua propter Pontifex in Galliam et Angliam misit/ auxilia petiturus. Interim federi cus Cassinense monasterium spoliauit: ✓

Fulginates et Viterbienses a pōtifice defecere.

Pontifex populū cruce signauit cōtra federicū

Federicus crucē quatuor ī ptes scī di iussit:

Federicō captā Beneuētū: muris spoliatam reliquit.

Asculanus ager a federico uastat.

Cassinense monasteriū a federico spoliatū.

eiectis monacis: Soramque Samnitum quondam urbem: incendio ferroque uastauit: et sacrarum ædium bona diripuit. Saracenos adeo dilexit: ut illis præcipue in bellis uteretur: Et primam urbem suam illis dederit: quæ usque in hanc diem Luceria Saracenorum appellatur. multis in eam gentem priuilegijs ĩmunitatibusque collatis. Fratrem Regis Tunetis Panhormi baptiçari uolentem prohibuit. Rauennam repentino adortu obtinuit. Pontifex consulentib⁹ Regulis dum concilium conuocaret: federicus oĩbus iter præclusit: et Henricus Sardinie Rex ac Pisani Cardinales non nullos ceperunt: quos in Amalphitano carcere custodiri iussit. Interim moritur Gregorij. et Celestinus quartus Mediolanensis est suffectus: qui post decem et octo dies uita decessit. Vacauit sedes uno et uiginti mẽsib⁹. Nam propter Cardinalium capturã dectio dilata est. Federicus interea Fauentiam fame laborantem cepit: Et in Bono

Sora a federico diruta:

Nuceria dono saracenis a federico data

Federici negtia

Rauenna a federico capta

Cardinales ab Henrico Rege capti.

Mors Gregorij Papae Celestin. ppa. q.

Vacauit papat uno et. xx. mens SIBVS.

Fauentia a federico capta

niam mouens, studio priuauit.

Balduin' cõstãti. Imp. ĩ Italiaz uenĩens liberationẽz cardinaliũ a fiderico obtinuit.

PER idem tempus Balduinus Imperator Constantinopolitanus cum Raimundo Comite Tolesano in Italiam uenit: et a Federico cardinalium liberationem obtinuit: Et Romæ cum magno honore acceptus: Inde Sinibaldus Pontifex eligitur: Innocentius quartus appellatus: atque id Federico ĩgratum fuisse dicunt: quanuis amicus fuisset: dixitq; bonum se amicum Cardinalem in acerrimum hostem Romanum Pontificez commutasse. Innocentius Romam reuersus egit cum Federico de pace: conuenitq; ut in Triferna tẽ urbem: quæ hodie ciuitas castellana est: uterque se conferret. Pontifex intelligens in itinere sibi insidias parari, nauigio apud centumcellas ĩuento: in Galliam commigrauit: sũmaq; veneratione apud Lugdunum exceptus est: ibique Imperatorem citari iussit. Thadeus Iureconsultus, Federici Legatus comparuit: tempus ad id petens. Sed Pontifex illũ excommunicatũ, Imperio priuauit.

Innocentius papa quartus.

Agẽte Innocẽtio de pace cũ Federico pp ĩsidias fugiens Lugdunum se cõtulit ibiq; Federicum excõmunicãs Imperio priuauit. quæ res magnorũ malorũ causa fuit.

Federicus domos & uillas affinium Pontificis, qui Parmæ erant, funditus euertit. et comparato maximo exercitu: eam urbem flammis assumere: et in alio loco condere statuit: Victoriamque uocari uolebat: Nummos præterea percussit, quos Victorinos appellauit: electo christo victore: sub cuius nomine, sacratissima ædes ædificaretur. Continuatum ē atrox uariumque bellum duobꝫ fermē annis: quibus Guelfæ & Gibillinæ partes tota Italia se lacerarunt: Ad federicum victoria concedente. Ad quem ex Africa, Asia, et Aegypto Legati ueniētes: Pardos, Pantheras: Vrsos albos, Leones: et alia effera animalia dono obtulerunt. Constituit ortos et pomaria: in quibus formosissimas puellulas cum spadonibꝫ concluserat.

Federicus seuiēs ī affines Pōtificis Parmā urere et ī alio loco mutare minatur eā Victoriā appellans Victorinosq; nummos ꝓcussit appellat os:

Guelforum et Gibillinorꝫ lacerationes. Federici victoria concedente

Dona extraneorum ad fridericū delata

Federici libido

PER idem tempus Arabes Soldano impellente, hierosolymam immunitam petentes christianos ibi antea seruatos: maxima occidione confecerunt: et sepulchrum

Hierosolyma ab Arabū exercitu capa et christiani trucidati.

domini ignominiose foedarunt:

Ludouicus gallie Rex Asiam ingressus hostes e littore eiecit

Anno Millesimo ducentesimo quadragesimo octauo Ludouicus Galliæ Rex/consilio ac benedictione Pontificis/Asiam ingressus est: hostesque e littore eiecit.

Federicus in obsessos Parmenses seuit

FEDERICVS Continuata Parmæ obsidione: plures ex hostibus captos: maioribus in urbem balistis per æthera proiecit: et in mulieres etiam eodem modo est seuitum.

Victoria Parmensium de federico

Postremo cum ipse in delitijs esset: et sui urbem inuaderent: egressi Parmenses: stragem in eos ædidere: fugientesque secuti: Victoriam ubi castra habebat/cum illis ingressi sunt: et maxima hostium strage ædita: castris/ubi Victoriam urbem designauerat/potiti sunt. Vbi maximi precij corona Regia/et aurea uasa permulta inuenta fuere.

Preda e castris federici a parmensibus capta

Federicus in agro cremonensi fuga.

Federicus ciuitatem

Federicus uero fugiens in agrum Cremonensem se contulit: et timore perculsus/urbem ingredi ausus non est: propterea q̃ magnus numerus eius urbis ciuium apud Victoriam ceciderat.

Federici exercitus in Placentinos

Contracto igitur exercitu

in Placentinos mouens diruto Donino oppido: & monasterio diuæ Columbae transit in Ethruriam: et accedens Florentiam non est intromissus: Cui postulanti concessum est: ut eiectis Guelfis/ Gibillina factio eorum rebus potiretur. Abiectis Guelfis in exilium: quorum pars quae in Federici manus incidit/ malehabita est. Rodulfus de Vrsaria: et Ranerius bodelmontius in Vsaria capti. Rodulfus aqua immersus: Ranerius occecatus/ in Apuliam relegatus est. Interim Henricus a Bononiensibus proelio superatus cum maxima exercitus parte captus est. Federicus uero ut quidam tradunt/ in Siciliam traiciens/ Panhormi decessit. Alii affirmant eum in Apuliam proficiscentem graui morbo laborasse: Conualescentemque a Manfredo Adolescente filio suo: quem ex concubina susceperat: suffocatum. Constat tamen Corradum ex Iole susceptum heredem instituisse: Qui in Italiam traiciens/ Neapolim obsedit: q. Manfredo pa

Donini oppidum et diuæ columbæ monasterium a Federico diruum.

Guelfi Federici iussu Florentia eiecti.

Mors Rodulfi de Vrsaria.

Henricus a Bononiensibus in proelio captus.

Mors Federici Imperatoris.

Conradus Federici successor: Neapolim obsedit.

Manfredus.

Neapolis et capua a Corrado captae. et muro spoliatae. et Aquum īcēsuz.

rere recusauerat. Tandem octauo mense fame ad deditionem compulsa est: Cuius muros in circuitu euertit. Idem capua passa est. Aquinum nobile oppidum incensum: Biennio tamen utraque Sicilia potitus est. Creditumque est Manfredi opera veneno extinctum.

Corradus utraq; Sicilia potitus.

Saraceni obsessi iecto īDamiatā igne: aufugere

PER Idem tempus obsessi Saraceni apud Damiatam: coniecto igne in urbem fugā arripuerunt: Sed Ludouicus urbem ingressus/ flammas extinxit.

Robertus a saracenis īplio captus.

ROBERTVS apud Faranam vrbem cum saracenis dimicans: in proelio captus est.

Manfredi facinus in mortē Corradi.

MANFREDVS Mortuo Corrado: eius testamentum suppressit: conscijs quibuscūq; veneno sublatis.

Innocentij in Italiā reditus

Pontifex in Italiam reuersus/ noluit Romam ingredi: q; Romani Senatoriam potestatem sibi arrogauerant. Diuum Petrū Veronensem ordinis prædicatorum: ab hereticis interemptum inter Mediolanum et Comum in numerum christi martyrū retulit. Inde Neapolim redijt: et instau

Diui Petri mātyris ordis predicatorum canonizat

Nepolis muris ab Innocētio ppa instauratus.

rato muro/ aliquandiu ibi consedit: atq; illic obiit. Cui Alexander quartus Campanus substitutus est.

Mors Innocētij .q. Alexander .pp̄a. QVARTVS.

MAnfredus interim Saracenorum qui Luceriæ erant/ præsidio suffultus: sedis apostolicæ copias apud Sogiam incautas aggressus: partim cepit et partim occidit. Tutoremque se Corradini dicens/ Regnū inuadere nitebatur.

Copiæ Pontificis apud Sogiam a Manfredo partim capta partim occisa sunt.

INterea christiani apud Faranam castra tenentes: peste et fame laborant/ occupato ab hoste Nilo/ vnde commeatus sperabāt/ Capto Patriarcha hierosolymitano cum omnibus nauigijs: Et Ludouico Regi Galliæ apud Damiatam proelio fuso captoque: Et Saladino post victoriam a suis interfecto: Alter qui substitutus est: ut pacem haberet/ christianos omnes liberos fecit. Ludouicus post sextum suæ peregrinationis annum in patriam redijt:

Christiani apd faranā fame laborātes: captus patarcha: et Ludouico Gallie Rege: a Saladino: q̄ a suis occiso: a succesore firmata: omes Liberi facti:

Ludouici Regis ī patriam reditus.

FLORENTINI post federici mortem in libertatem se uendicarunt. Sed cum soli Gibillini nobiles essent: Guelfos a federi

Florentini in Libertatem uēDICATI.

Florentini compositis rebus: petitam Pisanis pacem cessit et E

co eiectos: restituere: qui Gibillinorum conatibus resisterent: Compositisque uarijs temporibus cum conuicinis populis rebus: soli Pisani hostes remansere: qui paulo post petitam pacem aequis conditionibus obtinuerunt. Curauerunt itē Florentini: ut Gibellini Aretio pellerentē. Conuenit tandem inter eos: ut Gibellini remanerent: et Prętorem inter eos florētinum haberent. Cum Senensibus ita fędus ictum: ut pace et bello esset societas: nec liceret alteram urbem alterius exules recipere. Hęc post obitum Federici usque ad tempora Manfredi gesta sunt

Conuentio florentinorū cū Gibellinis Aretio

Fœdera florētinorū cum senensibus.

Fœdera inter florentinos et senensis initia

Florentini a Senensibus prelio superati:

Rupti a Senensib; pacis fœderibus: bellum a florentinis indictum

FLorentini cum Albertos nobiles Gibillinos urbe eiecissent: a Senensibus recepti sunt. Quamobrem Florentini Senensibus q; fœdera rupissent: bellum indixere. Senenses a Manfredo auxilia petiuere. Quibus Germanorum equitum cohors auxilio missa est. Florentini ad mœnia castra posuere: Facta est eruptio in Florentinos: Sed cum magna cædes a Germanis

edita esset: Postremo ipsi Germani ad unum sunt cæsi. Florentini Re bene gesta: agris uillisque uastatis, domum rediere. Iterum florentini castra mouerunt in Senenses: in quibus quadraginta armatorum milia fuisse traduntur. Commissum est proelium atrox: In quo Senenses victores fuere. xiiii. kl. Septembris: Anni Millesimi ducentesimi sexagesimi. Tria milia florentinorum sunt cæsa: et quatuor milia cum uexillis omnibus capta. Florentia a paucis habitata: mox a Manfredo capta est. L Guido portarum custodiam pro Manfredo cepit: Et Iordanus presidio præfectus omnia pro arbitrio administrauit. LIBRI SEPTIMI FINIS. LIBER. VIII.

Victoria florentinorum de senensibus

Victoria senensium de florentini

Florentia a Manfredo Rege cap TA

Ecellinus transpadanis Imperans, Guelfos ecclesiæ fauentes Brixia expulit: et Mantuam obsidione cinxit:

Guelfi ab Ecellino brixia expulsi:

Mantua ab Ecellino obsessa.

Philippus ex fontanensium familia Venetias proficiscens, coacto exercitu in Pata

Patauium a Philippo fontana armis capta.

Eccellini cru delitas in duodecim millia captiuis patauinis simul obtruncatis

uium mouit: quam breui obtinuit Eccellinus Mantuanam obsidionem soluit, spe potiundi destitutus: Et veronam ingressus, in Patauinos quos penes se habebat, ad duodecim milia ad unum trucidauit: Que res conuicinos populos terore affecit. Legatus apostolicus Brixianas copias secum ducens: iuxta Olium fluuium castra posuit.

Victoria Eccellini de Legato apostolico iuxta Oliuum fluuium

Vbi ab Eccellino et Roberto ex improuiso aggredientibus, fusus est: et captus Archiepiscopus Rauennas cum omnibus Guelfis: quos secum ducens Ecellinus: Brixia urbe potatus, preter naturam suam omnibus ueniam dedit. Manfredus his cognitis Eccellinum ad victoriam prosequendam cohortatus est. Qui apud Pontem Cassianum commisso cum Ludouico Bonifacio proelio: sagitta grauiter saucius iecto flumine captus est: et apud Sonicinum interijt. Hic tyrannorum finis: q nulla pietate seruata: uarijs modis miseros subditos afflixere: Quorum dominatus minime diu perdurat. Albericus fra

Brixia ab Eccellino capta: et captiuis obtruncatis

Eccellinus a Ludouico bonifacio sagitta saucius captus apud sõcinum interijt

ter ab omnibus ciuibus odio habitus, uxorē cum liberis ad sancti Zenonis oppidum mittens ipse subsecutus est: atque ibi quatuor mensibus obsidione clausus, a commilitonibus suis cum uxore et liberis in manus hostium traditus est: a quibus immaniter extinctus est: eodemque supplicio uxor et liberi affecti sunt.

Albericus cū uxore et filijs a suis cōmilitonibus īmanus hostium tradit us cru de li TER occiditur.

Veneti q; Ianuēses monasteriū beatę sabbę muītū tenerent, contra ius foederis cum decem et octo triremibus Ptholomaidam aduolarunt: et cathenam qua portus claudebatur, effregere: classemque inermem Ianuensium, quę in portu erat, incendio assumpserunt: et monasterium diruere. Ianuenses eorum classe parata, quae communis erat, conuenere. Vbi inter Tyrum et Ptholomaidam atroci ter dimicatum est. Ianuenses amissis uiginti quinque nauibus in fugam uertuntur. Apud Tyrum et Ptholomaidam Ianuensium omnium ædificia diruta: ipsosque urbibus eiectos: et bona eorum direpta. Pontifex a Venetis impetrauit: ut proelio capti Ianuenses libe

Classis Ianuensiū a Venetis icēsa 7 monasteriū beatę sabbę diruitum

Victoria Venetorū de Ianuēsibus inter tyrū et ptholemaidam 7 oīa eo ædificia demo LITA

rarentur.

Guilielmus Achaiæ dnus a Balduino proelio captus.

BALDVINVS Imperator Constantinopolitanus, post Theodori mortem, Guilielmum Achaiam tenentem proelio superauit: captiuumque Andrinopolim perduxit. Inde in Pontum uertit exercitum. Contra quem Paleologi copias duxit. Interim Constantinopolitani ciues origine Græci: inita coniuratione refracta porta nocte concubia Paleologum admiserunt: Balduinus uero Imperator Panthaleo et Iustinianus Patriarcha cum suis arrepta supellectile uix ad Euripum profugerunt. Paleologus urbe potitus ad Imperium aspirans Theodori Imperatoris pueros sue fidei commissos interemit: Imperiumque assumpsit: Atque ita fuit finis Latinorum Imperii apud Constantinopolim per annos quingentos octo continuos.

Balduinus a coniuratis græcis impio deiectus et Paleologus admissus occisis Theodori filijs: Imperium occupavit.

Clara virgo in cathalogum sanctarum ascripta.

PER Idem tempus Alexander Pontifex quartus Claram Virginem in Cathalogo sanctarum ascripsit. Inde Viterbium proficiscens, pace inter Venetos et Ianuenses curauit: Vbi tertio Pontificatus sui anno obijt: Cui suffectus

Alexander pace inter Venetos et Ianuenses curans Viterbij decessit.

est Vrbanus quartus.

ARetini Guelfi/a Senensibꝫ suisque exulibus Gibillinis agitati/Manfredo paruerunt. Idem Pistoriensis atque omnis ethruria fecere. Haec ad quartum Vrbani annum gesta:

Guelfi Manfredo cum omni ethruria obedientes

MAnfredus nutantes Piceno ad se trahens. nouas Saracenorum copias mercede conduxit. Tum Pontifex crucesignatos in Campaniam uocauit: Qui Saracenos facile ultra Lyrim pepulerunt. Pontifex uolens rebus suis solidis consulere: accitis undique auxilijs/morte preuentus est: et res in posterum dilatae.

Saraceni a Mãfredo cõducti a pontifice crucesignatis pellunt

Mors Alex. ppe.

Eo tempore florebat Thomas Aquinas praedicatorum: et Bonauentura minorum: professores.

Diuus Thomas. Diuus bonauentura.

ALEXANDRO Quarto successit Clemens. iiii.

Clemens ppa. q.

Carolus Massilia soluens Romam uenit. hierusalem & Siciliae Rex declaratur: et cum Beatrice uxore coronatus est. et quadragita milia aureorum Romanae ecclesiae spopondit.

Carolus Romã uenit hierusalẽ et Siciliae Rex declaratur: et cum Beatrice uxore coronatur

Interim Caroli copiae superatis Alpibus: adiunctis sibi Guelfis/Romam uenere: A quibus Mãfredi praesidia Ceperani reposita: repulsa sunt: et Carolus oppido potitus: Cassinensem saltũ

Manfredi presidia apud ceperanũ a Caroli copis repulsa

Manfredus supato carolo apd Beneuentū dū audentius extra ordinē pugnare nitur a Carolo et ipse interimit.

occupauit. Manfredus Beneuentum se contulit in aperta planitie hostem expectaturus. In quem locum cum Carolus mouisset: atrox p̄lium est commissum: et Carolus cum laborāti suorum turmæ subueniret: prostratus creditū occubuisse. Quæ uox vulgata: Manfredū impulit: ut audentius extra ordines pugnaret: qui ab Carolo interficitur. Cecidere ea pugna utrinque uiri innumerabiles: Iordanus et Petrus hubertus capti.

Iordanus et Petrus hubertus capti.

Beneuentum Luceria

Carolus Beneuentum se contulit: Luceriam oppugnaturus: in quam Saraceni confugerant.

Carolus a Pōtifice ethruriæ uicarius instituit

Interea Pontifex audiens Corradinum e Germania magnas copias in Italiā deportaturum: Carolum Siciliæ Regem in Ethruria instituit Vicarium. Interim florentini cum Senensibus propter Guelfos et Gibillinos uaria bella gesserē.

Florentini: Senenses:

Carolus aduersus Corradinum uiterbium profiscitur

Carolus uterque Siciliæ Regno in potestatem accepto: excepta Luceria: audiens cōradinum Italiam petere: data Saracenis pace: Viterbium se contulit.

Henricus a Rege castellæ pulsus.

Per id tempus Henricus a Rege Castellæ pulsus

cum nihil a Ludouico Gallorum Rege impe
trasset/ ad Corradinum uenit: cum quo com
positis rebus: Pontificem adijt: a quo benigne
exceptus est/ Caroli commendatione.

Henricus Caroli commendatione a Pontifice benigne fuit exceptus

Corradinus Veronam applicuit: Vbi tribus mē
sibus desederat. Federicus hispanus omni fere
Sicilia excepta Panhormo et Messana/ pro Cor
radino potitus est. Capitius uero dum Regina
Caroli uxor Neapoli sepellitur: in portum Nea
politanum aduectus: Corradini nomen incla
mat: Quæ res Carolum ex Etruria ad Regnū
reuocauit: Rursusque Luceriam obsedit: Quæ
cum expugnari non posset: positis castellis e re
gione/ barbaros: ne se Corradino occurrentem
impedire possent: inclusit.

Federicus hispanus omni fere Sicilia pro Corradino potitus est

Capitius in portu neapolitano: Corradini nomen iclamat.

Carolus Saracenos oppositis castellis in Luceria inclusit.

Senenses et Pisani Corradinum accellerare iubēt:
qui Magistrum equitum in agro Aretino prelio
superatum interemit: Cui ex Lombardia magna
Gibillinorum manus confluxerat. Potitq; breui
omni Etruria fuisset: nisi ab Henrico uocatus
properasset. Profectus igitur Senas/ in agrum
Viterbiensem descendit. Quem cum Pontifex
uidisset: tanquam propheta/ Adolescentes

Magister equitum a Corradino i agro Aretino prelio perem pt vs

Pontificis pronosticon de Corradino:

Corradinus Romam uenien a populo tanq̃ Imp ator exceptus est.

inquit ueluti uictimam ad cædem duci) Romam uenit: et a populo obuio tanquam Imperator exceptus in Capitolium ductus est. Et audiens Carolum Campaniæ saltus obtinere, ex Tyburtino agro mouens, in Marsos penetrauit: et ab Alba oppido decem stadijs consedit: Ab sinistra montes claudebant. Carolus ex altera parte decimo inde stadio exercitum locat: Et Consilio Alardi Neapolitani qui cum Germanis diu militauerat: exercitus partem cum Magistro eqtũ præmiserat Regia ueste induto: Ipse post collem militari sago indutus cum parte copiarum in sidiis mansit. Pugnatum est tribus ferme horis, dubio Marte. Postremo interfecto Magistro equitum: tanquam Rex occidisset: Galli fugam capessunt: Germani ad spolia diripienda sine ordine labuntur. In quos iruens Carolus, magnam stragem ædens, victoria potitus est. Henricus senator Reate captus ad Carolum deductus: in carcere obijt. Cõradinus et Austriæ dux Agasonis ueste contecti per deuia latitarunt: Et octaua die apd

Castra Corradini et caroli.

Consilio Alardi neapolitani Caroli de Corradino victoria potitus est

Magister eqtũ interemptus

Henricus senator captus i carcere obijt

Corradinus et austrie dux ueste agasonis cõtecti latitarũt

Asturam cum piscatorem quendam inuenis-
sent orant ut ad Senensium eos litora deduc-
cerent: anulumque pignori obligarunt. Il-
le cum Seniores consuluisset cogniti sunt:
captique ad Carolum perducti: Quos securi
percussit. Anno Millesimo ducentesimo se-
xagesimo octauo id bellum gestum. Qua ui-
ctoria Carolus Regno potitus est: Et Romā
reuersus Senenses subegit: composita pace
inter ipsos et florentinos: Quo tempore Cle-
mens obiit: et Cardinales in electione discor-
des: sedem uacuam diutius tenuere.

Corradinus et Austrie dux a piscatoribus captus et ad Carolum adductus: securi percutitur.

Carolus Regno potitus Senenses subegit.

Mors clementis Papae

Interim Ludouicus Galliæ Rex nihil deter-
ritus laborum memoria quos in Egypto per-
tulerat: aliam expeditionem aduersus Sara-
cenos in Africa commorantes instituit. Ad
Carolum generum hortatus est qui in Ae-
thruriam profectus nouos bonicienſium
motus compescuit: florentinisque uendi-
dit: et Pisanis inuitis florentinis pacem de-
dit: ut eorum classe uti posset in Africam
traiecturus. Conuenerunt in Tunetis por-
tum ex Massilia: Nauaria et Campania co

Expeditio Ludouici Regis aduersus Saracenos in Africa commorantes.

Bonicienses florentinis a carolo uenditi.

Pax florentinis et Pisanis a Carolo Rege data.

Mors Ioannis Ludouici Regis gallie filij

piæ quæ urbem obsiderunt. Sed orta in castis pestilentia: Ioannes Lodouici Regis filius interiit: et paulo post Legatus: In fine Augusti Ludouicus ipse Rex. Cui Philippus filius est suffectus.

Mors legati a postolici: ~ Mors Ludouici REGIS. Philippus Rex

Pax a Carolo Saracenis sub cõditione concessa.

Interea Carolus compositis Ethruriæ rebus præfecto eis Ruffo Anguillariæ Comite: in Tunetum nauigauit: et eo consulente barbaris pax data est, ea lege: ut captiui utrique redderentur: Rex Carolo tributum penderet: liberamque per omnem Africam christi predicationem permitteret.

Hortatu Philippi et Caroli Theobaldus in papã eligitur

Philippus et Carolus Viterbium proficiscentes Cardinales adhuc contendentes ad electionem maturandam hortati sunt: Qui Theobaldum Platensium Archidiaconum in Asia tunc agentem elegerunt.

Richardi filij a Guidone pimitur.

Guido Richardi filium a quo Symon pater in Anglia per dolum fuerat interfectus incautũ aggressus interemit: et ad Ruffum Ethruriæ præfectum euasit.

Reditus Philippi in Galliã: et Caroli ĩ Apuliam

Philippus in Galliam et Carolus in Apuliam abiere. Qui continuata Luceriæ obsidione cum ex

pugnari non posset: traditis sibi transfugis et maiore tributo imposito: pacem dedit Saracenis. Theobaldum secum Viterbium duxit: vbi a Cardinalibus coronat̃: & Gregorius decimus est appellatus.

Pax a carolo Saracenis Lucerinis concessa.

Gregorius decimus Papa

Erat adhuc bellum inter Venetos et Ianuenses qui uariis cladibus se afficerant: Et Paleolog̃ spreta Ianuensium amicitia/indutias per qn quennium cum Venetis egit: et exorto Venetiis tumultu: Ranerius dux ictu lapidis vulneratur: et aliquot nobilium ædes direptæ: sed qui id ausi: Laqueo suspensi.

Induciæ int̃ Paleologũ et Venetos in quĩquẽnium datæ

Venetorum tumultus: cui̇ auctores suspẽsi.

Philippus Rex Galliam repetens/Cremonæ uocatis Venetis et Ianuensibus: pacem inter eos in quinquennium firmauit.

Pax ĩter Venetos et Ianuenses

Bononienses qui magnam Piceni partem tenebãt triennio cum Venetis uaria fortuna decertauũt. Et demum superati Bononienses/ea lege pacem acceperunt: ut diruto Castello: quod in hostio Padi construxerant: quarundam rerum liberã eductionem haberent. Hostiorum Padi Veneto custodia dimissa.

Pax inter Bononienses et Venetos firmata.

Pontifex cum Rege Siciliæ florentiam peruenit.

Conciliuꝫ Lugdunense. In q̃ Sythe bap tiçati f uere

Gibillinosque inducere tentauit. Inde Lugdunum ad generale concilium se contulit. Ad q̃ Paleologus Imperator profectus est: et qdaꝫ Sytharum proceres: qui sacrum baptisma receperunt. Ridulfus quoque a Germanis electus Imperator/ea conditione fuit appellatus: ut sequenti anno Romam peteret pro corona. Quo tempore Henricus Rex Sardiniæ obiit in carcere.

Ridulfus a Germanis Imperator appellatus.

Victoria foroiuliensium de Bononiensib⁹

Bononienses ducto exercitu in agrum forliuiensem eruptione facta: octo milia sunt trucidati. Tunc Bononienses Ceruiam que ex sale uectigal pendet perdidere: quæ advenetos defecit.

Alfonsus Rex Castellæ a Pontifice placatus.

Redeuntem e concilio Gregorium. Alfonsus Rex Castellæ apud Bellocadorum conuenit: Questusque est de Imperio Rodulfo tradito. Sed a Pontifice placatus. Qui transiens in Etruriam apud Aretium mortuus est. Cuius corpus miraculis claruisse affirmatur. Successit ei Petrus Tarantasius: qui ĩ ædem diui Petri consecratus: Innocentius Quintus appellatus est.

Mors Gregorij papæ decimi:

Innocentius papa Quintus.

LIBER OCTAVVS

Anno Millesimo ducentesimo septuagesimo quinto rursus inter Florentinos et Ianuenses bellum est reintegratum: et florentini ab excommunicatione absoluti. Mortuoq; Innocentio, Hadrianus quintus Ianuensis fischea gente suffectus est: qui quadragesimo Pontificatus sui die defunctus. Cui successit Petrus portugalensis, Ioannes vigesimus primus appellatus: Qui octauo mense Viterbij obiit: Et instante Carolo ut Gallicus qdã eligeretur: in sex menses electio protracta est. et tandem Caietanus electus est: Nicolaus tertius appellatus, ex Vrsina gente oriundus: Qui Cardinalem latinum nepotem in Ethruriam misit: ut restitutis Gibillinis Florentiæ et ceteris urbibus ecclesiæ Maiestatem imposuit. Ipse uero Senatus officium exercuit: et Venetos Legatos primum inauditos dimissos: demum reuocatos multis uerbis castigauit: quos responde reprohibitos e conspectu suo eiecit. Sed paulo post Pontifex constituerat duos Reges Vrsinos creare: Alterum in Ethruria: Alter

Bellum inter florentinos et ianuenses

Mors Innocentij Pontificis.

Hadrianus papa QVINTVS

Ioannes papa.II.

Mors Ioãnis ppe.

Nicolaus.ppe.3

Legati veneti a Nicolao eiecti.

Nicolaus constituerat creare duos Reges VRSINATES.

in Lombardia: Qui inde in Germanos: hinc Gallos Siciliam tenentes cohiberet. Persuaserat Petro Aragonio ut hereditario iure Constantiae uxori suae Siciliae Regni accipere annitteretur: Sed tertio sui Pontificatus anno apoplesi correptus interijt.

Nicolaus tertius post persuasionem Petro Aragonio factam interijt

Cardinales Viterbii conuenere, ut Pontificem eligerent: eiectis Vrso Viterbii praeturam agenti: et Vrsinis omnibus ex urbe Roma: Qui cum sua factione Praeneste secesserunt. Cumque electio propter id impediretur: tandem ad Quintum mensem Cardinales ab Vrsinorum sententia superati: Gallicum Pontificem creauere: q Martinus quartus est appellatus. Et propter uiolentiam in Cardinales factam, noluit Viterbii coronari: existimans eam urbem interdictam: Sed apud Centum cellas cerimonias peregit. Inde pp aliquos motus in urbe excitatos non sine caede et incendio Phaliscos petiuit: ibiq; estatem egit. Ioannes Cincii Vrbis Praefectus illico exercitum in Viterbienses

Vrsini a Cardinalibus urbe eiecti.

Cardinales ab Vrsinis superati Gallicum Pontificem Martinum .iiii. creauere

Martinus existimans Viterbium interdictam uoluit centum cellis coronari

Ioannes Cincii Praefectus Agrum Viterbiensem undique uastauit.

duxit iniurias Latino fratri illata sul
turus: Et primum agrum late uastauit.
Matheus Cardinalis Vrsinus/ut eum mo
tum componeret: ad Pontificem mittit.
Ad cuius pedes prolapsus Ricardus ha
nibalensis Laqueum collo deferens: q; cō
dauie Viterbii uiolauerat: ab excommu
nicatione quam incurrerat/ueniam pe
tiit. Qui benigne absolutus est. Tum Pon
tifex Romanis concessit: ut binos elige
rent Senatores: qui vrbem regerent.

Ricardus hāni balensi laqueū collo ferēs plapsus ante Pōtifi cis pēd esur ni am est consecutus.

Quo tempore Paleologus/qui foedera non
seruauerat/instante Carolo Siciliae Rege
a Pontifice excommunicatus est. Qui
mox cum Petro Aragonio societatem ini
uit/et communi impensa classem cōpara
uit. Cuius rei causam cum Pontifex per
legatos quereret: Petrus in sui terrorez
respondit. Tunicam se Laceraturum: si cō
dis sui cogitationem consciam esse suspi
caretur. Inde in Africam soluens usque
ad hiponem omnia populatur.

Paleologus ob fodera non seruata a Pontifice excommunicatus.

Interea Luchinus Maffeus/et Ioannes vice

Petrus Aragonēsis Africam omēs usque ad hiponē depopulatus.

Luchinus Maffeus.

Florentini et Lucenses a Vicario Imperatorio uexati a quo et Pisia ui capta diruta est.

Fulginiū a Perusinis captum

comes Turrianos Mediolano expulerunt Et Vicarius ab Rodulfo Imperatore missus in Aethruriā: florentinos et Lucenses Imperatori rebelles uexauit: Pisciamque ui captam diruit. Et Perusini Fulginates inuasere: et capta urbe aliquibus in locis murus recisus est.

Siculi ob superbiam et Libidines a Carolo defici entes strata die gallos omnes Siciliae de gremio Tes adunii fecerunt.

Interea Siculi superbiam ac libidinem Galloruz amplius ferre nequeuntes: suadente Ioanne Prochitio aduersus Carolum coniurauere: Et data hora conuenientibus omnibus insulae populis: facto tumultu per omnem Siciliam, cuiuslibet aetatis Gallos interfecerunt: Adeo seuitum est: ut materno utero clausi qui ex Gallico semine concepti essent, extinguerentur.

Guidus bonat Astrologus forliuiensis sua presentia victor Iam De Guidone hoste condonauit

PER eosdem dies Guidus bonattus astrologoruz sui temporis primus forliuienses suos conciues obsessos admonuit: ut aliquibus diebus quiescerent: Inde hora abse data, in hostes erumperent. Paruere libentius: et stato tempore eruptione facta, Guido cum Gallis omnibus prope extinctus est: et urbs obsidione liberata.

Messana Siciliae Vrbs a Carolo Rege obsessa.

CAROLVS Audito Siculorum motu: in Siciliā traiecit: Et Messanam urbem obsessam cepisset

ni Galli ultionis cupidi illam delere inter
minati essent.

PEtrus Aragonius ex Sardinia uocatus: Pa
nhormi coronatus est: Et confluentibus ad
eum Siculis in Carolum mouere statuit: q
dimissa Messana in Brutios se recepit. A quo
reprehensus Petrus: q affinis Regnum in
uadere statuisset: Respondit se misericor
dem Principem Calamitoso afflictoque po
pulo complura indigna ferenti: opem nega
re non posse: Regnumque propter Consta
tiam uxorem sibi deberi. Demum post lōgas
altercationes conuenit inter eos: ut singu
lari proelio decertarent. ocus apud Bur
degaliam datus est ab Angliæ Rege utrique
sanguine coniuncto. Sed minime pugna
tum. Petrus Rogerium de Loria classis suę
Præfectum constituit. Aduersus quem Ca
rolus princeps non longe a Neapoli classe
congressus superatur: captusque in Sicilia
inde in Aragoniam ductus. Quamobrem
Martinus pontifex Petrum excommunica
tum Regno priuauit: et Carolum istituit.

Petrus Aragonius a Siculis uocatus Panhormi coronatur.

Responsio Petri Aragonij ad Carolum Regem.

Conuenerunt Petrus et Carolus singulari prelio decertare.

Carolus Rex a Petro captus: et in Aragoniam missus in carcere trudit.

Petrus Aragonius a Martino excōmunicat' et Regno priuatus.

edixitque omnes qui cruce signarentur et in Aragonium arma ferrent magna premia habituros.

Mors Rubei Anguil. L A R 1 1.

Interim Rubeus Anguillarius qui Vrbinum obsederat obiit.

Bellum inter Ianuenses et Pisanos:

Paulo post inter Ianuenses et Pisanos propter Corsicam nouum bellum est exortum. Et Carolus Neapoli in Apuliam proficiscens febre corruptus interiit Regnum per apostolicum Legatum conseruatum est.

Mors Caroli Regis Siciliae

Honorius quartus Pont. Max.

Mortuo Pontifice: Cardinales Iacobum Sabellum elegerunt: Honoriusque quartus est appellatus: habitauitque apud Aedem diuae Sabinae: vbi egregium palacium condidit: habitis in Aragonenses censuris.

Gerunda a Philippo Rege Galliae obsessa

Eo tempore Philippus Rex Galliarum Gerundensem urbem obsedit: et Petrus Aragonius apud Narbonam commeatum intercludere cupiens commisso acri certamine uulneratus interiit: et Gerunda pepigit cum Philippo.

Mors Petri Aragonij Siciliae Regis

Duo filij Petri Ambo testamento REGES:

Philippus cum Gerundensibus pepigit.

Duo fuerunt filii Petro. Ferandus maior qui Aragoniae Regnum: et Iacobus Siciliae testamento acceperunt. Philippus uero fe

bre laborans apud Pirpinianum decessit: cuius nauigia in portu Narbonensi a Rogerio de Loria capta sunt. Et duæ ualidissime classes Ianuensium et Pisanorum apud Lamelum Insulam conuenere: et commisso proelio: Pisani quadraginta nouem triremibus amissis duodecim hominum milibus cæsis captisque abiere. Quæ res Pisanorum uires maximè eneruauit. Rogerius de Loria Gallicam classem e Sicilia redeuntem intercepit: Et Catina urbs diu obsessa a prouincialibus: capta est.

Mors Philippi Regis GALLIAE.

Philippi nauigia a Rgerio capta.

Victoria Ianuensium de Pisanis apud Lamelum in SVLAM.

Catina urbs a prouincialibus capta.

HONORIVS Quartus secundo sui Pontificatus anno in Auentino decessit. Cardinales hieronymum Astalanum ordinis minorum elegerunt: Nicolaum quartum appellatum.

Mors Honorij papae QVARTI.

Nicolaus papa QVARTVS

ROMA ciuilibus discordijs agitata: Incendia cædesq; pertulit Reges Aragoniæ et Siciliæ conciliati.

Eo tempore Tripolis Asiæ urbs insignis in potestatem Regis Babilloniæ ducta: post hominum cædem igni ferroque diruta est. Similem quoque fortunam Sydon et Barutu

Tripolis Asiæ urbs in potestatem Regis babilloniæ ducta.

Sydon: Baruth.

pertulere.

Indutie Ptholemaidae dã T A E.

SEdente Nicolao quarto/ Ptholemaide per duos annos indutiæ datæ sunt. Pontifex autem mille et quingentis militibus suo ere conductis ptholemaidam circumsedit: Et interrupta pace inter Carolum et Aragonensem: Pisani Vgolinum Comitem cũ duobus filiis et totidem nepotibus inedia detentum in carcere necauerunt. Quapp omnes Ethruriæ Gibellini in Guelfos exarserunt: et in Aretinos arma uerterunt, exulibus petentibus. Venit Rex Carolus in agrum Trifernatem florentinorum copijs suffultus. Cui Guilielmus episcop occurrit: et commisso proelio/ magna florentinorum cædes est edita. Sed quãbreui mutatur fortunæ in stabilitas. Guilielmus episcopus cum feretrano Comite in proelio extinguitur. Tria milia cecidere: duo Aretinorum milia capta. Carolus ad Pontificem proficiscens: vtriusque Sicilie Regnum accepit. Quod audiens Iacobus Aragoniius. Caietam obsedit: Sed pax sub

Milites Pontifices aduersus Ptholemaidam.

Mors Vgolini cũ duobus filijs totidemq; nepotibus.

Gibillini aduersus Guelfos et Aretinos

Victoria Guilielmi episcopi de florẽtinis et Carolo:

Victoria feretrani Comitis de Guilielmo episcopo ubi Aretinorum plurimi cecidere et capti

P L V R I M I.

Carolus vtriusq; Siciliae Regnum a Pontifice accepit.

prioribus conditionibus constituta est:

Eodem tempore inter Philippum Galliarum Regem: et Odoardum Angliæ nouum bellũ exortum est. Quæ res christianos in Asia perturbauit. Nam Babyllonniæ Rex exercitus aduersus Ptholemaidam misit/duce filio/cum ipse egrotaret: qui eo morbo obijt. Sz filius acriori obsidione urbem arcens/ervẽpentibus christianis magna barbarorũ cædes edita est. Inde habito consilio: placuit imbellem multitudinem per noctẽ emittere: relictis duodecim millibus ad urbis defensionem: Reliqui omnes abierunt: et complures urbem deseruere. Sz Rex Cypri illos insequens: et Patriarcha cognita oppugnatione urbis/e portu nauigans/post Cypri Regem tempestate uexati in ipsa Cypri plaga naufragio perierе. Babyllonniæ Rex desertam urbem iuenens: igne succensam solo æquauit. Anno Millesimo ducentesimo nonagesimo.

Bellum inter Philippũ gallię Regẽ et Odoardũ Reges Anglię

Mors Regis babyl. LONIAE.

christiani in Ptholomaida obsessi urbem aufugiẽtes reliquerũt. quę a Babylonię Rege succensa et solo æquata fuit

Rex Cypri et Patriarcha naufragio perierе

FINIS LIBRI OCTAVI

INCIPIT LIBER NONVS:

Ptholemaida in barbarorum potestatem redacta

POST Gofredi victoriam annis fere nonaginta sex Ptholemaida in barbarorum potestatem est redacta. Cyprus uero & Armenia minor in christianorum fide pmanserunt. Et Albertus in Agro Spirensi Adulfum in prælio interfecit.

Cyprus et Armenia minor christianis fidelis.

Mors Adulfi

Mors Nicolai papæ quarti.

NICOLAUS quartus apud Aedem diuæ Mariæ maioris interiit. Cardinales autem utqe tius Pontificem eligerent, Perusiam petiuerunt. Nec duobus annis, tribusue mensibus Pontifex inter tot discordias eligi potuit.

Duobus annis et tribus mensibus uacauit pontificat.

Mors Paleologi.

Paleologus interea moritur, sacra sepultura priuatus.

CAROLVS Secundus Neapolitanorum Rex e Narbonensi prouincia Perusiam uenit: et satis hortatus est Cardinales ad Pontificis electionem. Paulo post Cardinales Petrum Morroneum in monasterio secundo ab Sulmone miliario degentem elegerunt, uitæ ac sanctitatis phama celebrem: qui Celestinum tertius est appellatus: et apud Aquilam a Cardinalibus consecratus: Sed cum omni

Carolus Rex hortatus cardinales ad electionem Pontificis. Petrum monorone V M

Elegerunt Celestinum tertium appellatum

rerum experientia careret: inutilis Rei pu.
iudicatus est: coeptumque de cessione agi.
Quod Carolus intelligens Neapoli illi serṽ
duxit: atque eius animum a cessione aui
tere conatus est. Benedictus Cardinalis
Caietanus apertissime Pontifici ostendit
si se satis insufficientem cognosceret:
nec alteri Pontificatum cederet/ grauiter
i deṽ peccar& Constitutionē q promulgari
obtinuit: Qua sancitum ē: Licere Pōtificē di
gnitatem dimittere. Quapropter paulo
post Celestinus Pontificia dignitate se ab
dicauit. Electus est Benedictus Caietan?:
Bonifacius octauus appellatus: qui Petrū
Morroneum ad heremum anhelantem: ex
uia retractum: in custodiam iussit haberi:
veritus/ ne populi eum sequerentur. Cui
mortem ibidem acceleraui: non sine eius
infamia: qui Iacobum et Petrum Colunnē
ses/ q Gibillini essent: teterrimo odio pro
secutus est: quos non modo ex Prenestē ur
be pepulit: quam postea diruit: verum et
omni loco illis posuit insidias: qui fuga

Carolus celestinv̄ hortatur ne pontificatui cedat.

Benedictus cardinalis caietanus lingua dolosa adencye lestino persuasit. vt PONTIFICATU se abdicarit.

Bonifacius octauus Pōt. Max.

Petrus Morroneus iussu bonifacij in cārcerem detrudi tur in egē inedia mōtiuus ē.

Iacobus et Petrus colunnenses a Bonifacio ex Prenestē VRBE PELLVNTVR.

Sarra Colunensis a pyrratis captus ad Remum DVCITVR.

Reate se receperunt. Sarra eorum patruus diu in nemoribus uitam egit pastorum pane nutritus. Inde a Pyrratis captus ad remum ductus est. Adeo Pontifex Gibillinis implacabilis erat: notumque est eius dictum in Prochitum archiepiscopum Ianuenses in die cinerum. Memento inquit homo qa Gibillinus es: et cum Gibillinis in cineres reuerteris: atque in eius oculos cinerem in iecit: et archiepiscopatu priuauit: Quem postea restituit. Eodem anno Ludouicum ex Regia stirpe gallorum Carolo natum ī sanctorum numerum retulit: Sextumq; ædidit Pontificii Iuris Codicem.

Dictum Pontificis Gibillinis implacabilis ī die cinerum

Diuus Ludouicus gallicus in numerū sanctorum relatus

Sextus codex clementinarum

CAROLO Martello maior natu hungariæ Regnum materna hereditate: Robertо secundo Calabriæ duci Neapolitanum paterna obuenebat. Philippus tertius Tarentinum obtinuit principatum.

Carolus martellus hungariæ REX.

Robtus calabriæ dux.

Philippus Tarētinus PRINCEPS

MORTVO Iacobo Aragonio: Robertus Calabriæ dux in Siciliam traiciens: Catina urbe potitus est: Quem Philippus Tarētinus cum classe subsequitur. Siculi cō

Mors Iacobi Siciliae Regis:

Catina Siciliae ciuitas a Roberto Bruttiorum duce armis capta

parata classe/ Roberti classem occuparũt. Inde aliam in qua Philippus captus est: & Panhormi in carcerem coniectus. Robertus relicta Cathina/ in Italiam conuolauit: Et federicus Aragonius ex hispania accitus: totam Siciliam obtinuit: Inde brutijs potitus: et renouato cum Ianuensibus foedere: Pisas factionis Guelfæ urbem mari/ terra inuaserunt: et Lyburnum portum incenderunt. Inde pax inter florentinos et Pisanos constituta est: Et anno Millesimo trecentesimo/ Dominorum palatium quod dicunt extructum est: et mœnibo urbs cĩcta: Carcerque amplissimus est ædificatus: Et Romæ Iubileus celebratus. Carolus secũdus barbaros in Luceria qui ad Christi fidem redire noluerant: interfici iussit.

Classi Robti a siculis occupata et Philipp' capt'.

Federicus Aragonius omni Sicilia potitus.

Portus Lyburnus a federico et Ianuensib' incensus.

Pax ĩter florentinos 7 Pisanos.

Dominorũ Palatiũ et Florẽtiæ menia. et carcer ãplissimus.

IVBILEVS.

Barbari xpm negantes a caro perimuntur

PER id tempus quod Pontifex expeditionem in hierosolymam destinauerat: iussit Carolum in patrimonio ecclesiæ considere.

Pontificis expeditio i hierosoly M A M

In Pistorio gens ditissima in duas partes diuisa. Alteri nigri: Alteri albi magnis

Diuisio inter Pistorienses.

Florentini inter se diuisi a Legato aplico sacris interdicuntur

inter se conatibus contenderunt. Quod Florentini componere cupientes: ipsi etiam inter se diuisi in eadem nomina prolapsi sunt: et ab apostolico legato sacris interdicti. Interim Albi Nigros e Pistorio pepulerunt. Idem morbus Lucam inuasit vbi Nigri ab albis pulsi sunt. Florentini tamen et Valesius præsertim non potuit efficere, quin Albi florentia pellerentur. quanuis dura proelia in agro florentino assidue fierent.

Lucenses inter se diuisi.

Florentini albi florētia pl'si

Expeditio Pontificis in hierosolymam.

Philippus Rex galliæ et Apamian' eps.

Eps Apamianus in carcere ꝓiectus.

Pontifex expeditionem in hierosolymam parans, Apamianum episcopum: et Philippum Galliæ Regem misit. Qui cū nihil proficeret: Regni priuationem ei interminatus est. Quapropter Philippus episcopum in carcerem coniecit: Sed placato Pontifice in Regem liberatus est.

Pax inter federicum et Philippum firmatur

DANTES Poeta cum Albis florētia pulsus

FEDERICVS Aragonius redditis quibuscunque Italiæ oppidis detenta Trinacria, cum Carolo pacem fecit. Tum Albi ex florentia pulsi: Inter quos fuit Dantes Poeta clarissimus: Qui forliuium se contu

lere. Vbi Gibillinos extorres ex Florentia conuenerunt: Et Ordelafum Gibillinorum principem sibi assumpsere: et uaria hinc inde proelia nata. Florentini vbi Lucenses Gibillinis cessisse intellexerunt: Comparato exercitu: in montem Politianum castra posuere. Vbi aduentu hostis fame fatigati: in fugam conuertuntur.

Ordelafus Gibillinorum Princeps.

Florentini ad uentu hostis in fugam uertunt.

PER idem tempus Sarra Colunnensis: qui captus a Pyrratis triremi datus fuerat: Regia ope liberatus est: Et odio quo Rex Pōtificem prosequebatur. honoratus quoq; ī ei pernitiē in Italiā a Philippo Rege missus est. Quo tempore Pontifex Albertum Austriae ducem Imperatorem et Galliae Regem declarauit. Sarra interim seruili habitu in Latium redijt: et cum Nogaretio ferentino noctu Ananiam ingreditur: Et ueterum amicorum ope suffultus: Bonifacium Pontificem in paterna domo refractis ualuis obstupentem propria manu cepit: Romamque perduxit. Vbi intra quartum et uigesimum diem uiolenti morte decessit.

Sarra colunnensis e pyrratarum manibus ereptus.

Honoratus.

Albtus Austrie dux Imperator a Pōtifice et Rex Gallie declaratur.

Pontifex a Sarra colūnensi Ananiae capitur. et Romā perducitur. et violenti morte decessit.

Benedictus undecimus pontifex maximus

Philippus gallie Rex in pristinam dignitatem a Benedicto restitutus

Mors Benedicti PAPAE.V.

ta morte decessit. Cardinales territi: Perusiam confugere: Ibique Benedictum vndecimum ordinis prædicatorum Pontificem creauere. Qui postea Philippum Regem Galliæ in pristinam dignitatem restituit. Vrbem florentiam pacare nixus est: nec exules quos in agrum Mugellanum conuocauerat: potuit restituere: qui post nonum Pontificatus sui mensem obijt.

Albi noctu florentiam ingrediuntur: qui a ciuibus impetu fuerunt repulsi.

Robertus a florentinis uocatus diu Pistorium obsideret: a defensoribus usque ad PRATAE MOENIA repulsus fuit.

Albi Gibillinique noctu florentiæ mœnia cum magna amicorum manu supergressi: ad templum diuæ floræ profecti sunt: Et dum uel præda allecti: uel amicos alloquuntur: conglobati ciues / facto impetu / eos expulerunt. Ind' Robertum Calabriæ ducem ea lege ceperunt: ut eorum arbitrio bellum pacemque daret. In cuius aduentu Pistoria obsessa est. Sed obsessi et coeterarum urbium exules egregie se defendentes Robertum usque ad Pratæ moenia repulerunt.

Interim Bernardus burdegallensis eps Pontifex eligitur. Qui Lugdunum se conferens: CLemens quintus est appellatus: Anno Millesimo trecentesimo quinto: quo uocati Cardinales profecti sunt. Constat tamen septuagintatribus annis Romanam curiam in Gallia magno christianorum malo consedisse. Interfuere Pontificis coronationi: Philippus Galliæ REX: Carolus frater: et Dux Britaniæ: Qui dum Põpa per vrbem duceretur: cum multis muri ruina oppressus est. Philippus Rex debilitatus: Pontifex á turba pressus preciosissimum laspidem ex Mýtra amisit. Sardiniam á barbaris occupatam per Federicum Siciliæ Regem in prisinam libertatem restituere statuit.

CLemens Quintus Pontifex Maximus

Curia Romana septuagita ãns in gallia cõsed

CLemens Lugduni coronatur et pur bẽ ducẽtur a mu ri ruina cum mlts oppressus ẽ.

Sardinia e barbaroꝝ maĩb; liberata

Apud Nouariam Dulcinus quidam et Margarita uxor nouam hęresim adorsi sunt: qua mares foeminæque simul coeuntes, in omnem libidinem sunt prolapsi. Sed missi sunt eo á Pontifice: qui

Heresis dulciniana apd nouariã omniũ infãdissima

Dulciniani heretici omnes suspensi.

dum illos in excelso monte Alpium fame et frigore coactos tenerent: ad unum sustulerũt. Complures etiam Christo rebelles barbaris coiere: sed supplicio affecti: et eorum bona nouis religionib attributa. Philippus etiam eo tempore Iudeos omnes cum singulis uestimentis: coeteris bonis ereptis suo Regno eiecit.

Iudei a Philippo Rege omnes e Gallia eiecti.

Rhodus a Turcis occupata.

Rhodus a Turcis occupata est: Sed a hierosolymitanis militibus recuperata.

Mors Alberti Imperatoris.

Ioannes nepos Albertum Imperatorem interfecit.

Ferraria a Fisco capta et incensa.

Fiscus capta Ferraria in populi ultionem ignem iniecit. At ciues ui eiecto Fisco: Venetis se permisere.

Veneti apud Lugdunum a clemente pontifice excommunicati.

Clemens Pontifex apud Lugdunum excoicatis Venetis sacris interdixit: et ubicunq; reperirentur: pro seruis haberi edixit. Qua propter magna detrimenta sunt perpessi. Misit praeterea Pontifex alios Cardinales in Etruriam: Qui Roberto Duci Calabriae Florentinis Pistoriam obsidentibus obsidione abstinerent. Paruerunt omnes praeter

florentinos et Lucenses: Quibus sacris ĕiter dictum. Robertus ad Pontificem contendit et Pistoriense bello fatigati: deditionem fecere. Sed florentini a ciuium sanguine abstinuerunt: Menia uero urbis deiecerunt agro inter se diuiso: Pistoria uero in rus redacta: utrique populo subiecta est. Acciauicum oppidum in agro Mugelano florentini diruerunt: et Scarpariam edificauerunt. Neapulio Cardinalis Vrsinus ad componendas Aethruriæ res missus: a florentinis et Lucensibꝰ minime auditus: q excommunicationibus uexati sunt. florentini & Lucenses Pistoriam sibi retinuerunt.

Florentini et Lucenses excommunicati.

Pistoriense Robto deditionē fecere.

Pistorij mœnia a florentinis detecta: et urbs in rus redacta.

Acciauicū diruerū.

Scarparia edificata.

Neapulio Cardinalis vrsinus ad florētino Legatus.

PEllagura Legatus Ferrariam recuperauit. multa in Venetos clade edita: et Pontifex florentinis Venetisq; pacem dedit.

Ferraria a Pellagura recuperata

Anno Millesimo. cccmo. octauo: Carolus secundus Rex Neapolitanus obiit. Robertus filius a Pontifice confirmatus ex Gallia in Italia redijt. Pellagura in aduentum Roberti Ferrariam pro ecclesia gubernandam in man

Mors Caroli Regis secundi.

Robertus caroli filius in Regno a Pōtifice confirmatus.

Hensium nom̃ a ferrarien sibus incl amat vr

eius commisit: Cui Didagum imposuit: Sz populus hestensium nomen inclamans: qs dam suspendio necauit: et quosdam in carcerem coniecit.

Henricus Imperator a Germanis Imperator eligitur.

PER Idem tempus Henricus Luceburgensis a Germanis Imperator eligitur: et a Pontifice confirmatur: ea lege ut intra biennium Italiam peteret, coronam accepturus.

Motus Mediolani inter Guidonem et Galeacium excitati.

In urbem Medolani motus excitati sunt inter Guidonem et Galeacium Vicecomites diuersæ factionis. Idem et in Brixia et Cremona inter Guelfos et Gibillinos tumultus orti: variaque fortuna decertatum: et postremo Brixia a Gibillinis capta: et omis pene Ethruria hac peste laborauit: et Lucenses ab Imperatore afflicti.

Brixia a Gibillinis ui capta.

Quando Clemẽtina edita fuit.

Anno Millesimo trecentesimo undecimo Clemens quintus Viennæ Clementinã edidit.

Henricus Imperator a Clemente vrbe coronatus est.

PER Idem tempus Henricus Imperator in urbe coronatus est. Inde propter Annonæ charitatem Tybur delatus est.

FLorentini diutino bello, fameque pressi

cum nullam ſpem haberent/ Roberto Regi ea lege ſe dederunt: ut nunquam exuleſ introduceret. Henricus Piſas ſe contulit. Ibique Robertum tanquam Maieſtatiſ reum citauit: et Lucenſes Miniatenſeſque magniſ affecit cladibus. Inde Aretium profectus: Robertum Regno priuauit. Quanuis Pontifex citationem in Loco nõ tuto factam damnauerit: et cum in Senẽſes moueret/ cepit egrotare. Indeed Balnea Macereti conuerſus/ redijt maleſan in bonconuentum/ atque ibi mortuuſ ẽ: quem ferunt Florẽtinorũ dolo in Cucaciſtia uenenatum. Cuiuſ mors Florentiniſ et Roberto ſaluti fuit.

Florentini Roberto Regi dediti.

Robertuſ ab Henrico Regno priuat.

Morſ Henrici Imperatoriſ. apud Bonconuentum ſenẽſium op P I D V M.

HVGVTIO a Piſanis conductus/ qui ſub Henrico militauerat/ Lucenſium agroſ uaſtans: multa eis oppida abſtulit: pacemque petentibus ea conditione dedit: ut dimiſſa parte agri/ Gibillinoſ exuleſ in patriam reducerent. Florentiniſ quoq; magnam attulit cladem. Et dum Lucę inter Gibillinos et Guelfos tumultus

Vgutio uaſtatiſ Lucenſiũ agſ. pacem petentib conc eſt I T.

exortus esset: reuocatus est: ut tumultu tolleret.

Relato in scorum numerum celestino. Clemens obiit

Clemens Pontifex: cum Petrum qui fuerat Celestinus in numerum sanctorum retulisset: uita decessit: et sedis uacatio diuturna fuit.

Germani discordes Ludouico et federico cum Imperatore se legere. At capto federico Ludouicus spretu pontifice Imperatorem se Appellauit.

Interea Imperii electores discordes, duos nominauere. Ludouicum Bauariæ: et federicum Austriæ duces: Quibus inter se proelio decertantibus: federicus captus superatusque est. Ludouicus superbia elatus absque Romani Pontificis auctoritate Imperatorem se appellauit. Florentinis omnia quæ sub Henrico amiserant, restituta sunt.

Florentini omnia ablata restituta

Philippus Princeps Tarentinus.

Interea Philippus Princeps Tarentinus in florentinos mouit. Et Cardinales apud Lugdunum Iacobum Caturiensem, Portuensem episcopum in Pontificem erexerunt. Ioannem uigesimum secundum appellatum. Qui Ludouicum parentem in Imperium noluit confirmare. Florentini aduentu Philippi elati: obsidionem Montis Ca

Ioannes uigesimus secundus pontifex Maximus

tini soluere cupientes: Philippo et Petro fratribus ex
ercitum dedere:

Victoria Vgutionis de florentinis apd montem catinvm

Fragiolanus relictis munitis castellis: Lucā petijt quē
hostes ueluti fugientem secuti sunt. Commissū est
atrox prelium uariumq;. In quo Petrus Regis: et
franciscus Fragiolani filius cecidere: Vgutio victo
ria potitus. Quatuor hominum milia cæsa sunt: cō
plura capta: et mons Catinus deditus. Territi
sunt admodum ea clade Florentini: Libenterq;
Roberti Regis iugum excussissent: si quem ali
um illo fortunatiorem inuenissent.

pulsis e ferraria hispanis Hestenses dominio potiti sunt

Hispani per id tempus Ferraria a ciuibus pulsi fv
gatique sunt: propterea q; egregium adolescē
tem ex familia Bochinpanum interemissent:
et Didacus relicta arce Bononiam se contulit:
atque hoc modo hestenses Ferrariæ dominio po
titi sunt. Anno Millesimo trecentesimo decimo
octauo.

Cōiuratio Pisanorū cōtra fragiolanum.

Pisani fortuna non contenti: Fragiolanum inter
ficere coniurant: nec consilium mutant: q̄uis
eorum aliquis publice sit punitus.

Castruciusin carcere cōiectvs

Herrius Castrutium adulescentem ex familia ca
stracanum coniuratorum caput apud Lucēses

propter prædam in Lucensibus factam ĩ carcerem coniecit: et dum ad supplicium ducere parabat, tumultus exortus est: ad quem compescendum Fragiolanus Pisa egressus, obuium filium habuit: qui Luca pulsus, ad patrem confugiebat. Quo narrãte Lucensium rebellionem, nuntiĩ Pisanos rebellasse referunt: atque in Libertatem se erexisse. Fragiolanus eadem die duarum urbium dominio priuatus est: et in suas arces confugiens, ita consenuit.

Fragiolanus duarum urbium dominio una die priuat. in arces suas confugiens: ita consenuit.

Pisani petitam pacem a Roberto ĩpetrauere.

Pax a pisanis a Roberto ĩpetrata.

Pontifex vicecomites Mediolanum relĩquere nolentes excommunicauit.

Vicecomites excõmunicat.

In Lombardia Guelfi: et Lanuę a Gibillinis male habiti sunt. Obsederant Gibillini Lanuam: et cuniculis suffoderant urbem. Guelfi similiter in castra hostiũ penetrabant: Qui sub terra inuicem occurrentes: durum prœlium commisere. Superati Guelfi: aqua in cuniculum inducta, quæ hostium opera inundauit. Et in iecto igne in pontes: cecidit murus.

Lanua a Gibillinis acriter obsessa: ubi atroxcertamen cõmissum. Gibillinis tandem a Guelfis reiectis

Gibillini in urbem irrumpere tentantes cum multo sanguine sunt reiecti. Robertus Rex victoria potitus, Saonam quo Gibillini confugerant: non sine sanguine obtinuit: atque in Gallias se contulit. Inde inter florentinos: Lucenses et Pistoriense uaria bella exorta: certatū q; est: et aliquot oppida capta: et cōplures interempti.

Saona a Robert to Rege capt A ⁝ J

Bella inter florentinos: Lucenses et Pistoriense.

Interim Ioannes Pontifex duos scilicet Tomam herfodensem: et Tomam Aquinatem retulit in collegium sanctorum: et Ludouicum bauarensem ecclesiae rebellem declarauit. Guidonem Petramalam sacerdocio exauctorauit.

Diuus Thomas herfodensis et diuus Thomas aquas in scōrū collegii relati.

Ludouicus baua. Guido petramala.

Rainaldus obitio: et Rainaldus hestensis ferrariae tyranni Argentam Rauennatis ecclesiae oppidum occupauerunt.

Argenta a Rainaldo obitioē: et a Rainaldo hestense occupata.

BAVARVS cum copijs Tridentum uenit et magnis Gibillinorum precibus Mediolanum perijt. Ibique corona ferrea coronatus: et cum pecuniam a populo exigeret: Galeatio dissuadēte: illum et filios in carce

Bauarus Mediolani ferrea corona insignitus: a quo Galeatius cum filijs in carcerem estō rec T V S ⁝ J

rem coniecit. Inde in Ethruriam uenit.

Castella Pistoriensiũ a Carolo occupata.

Carolus interea aliquot Castella Pistoriensium occupauit, absente Castrucio.

Bauarusa Lucensib⁹ honorifice exceptus

Bauarus a Lucensibus summo honore exceptus est. Galeacius Vicecomes et filii aduentu Castrucii liberati sunt. Guido domum rediens febre interiit.

Bauarus Romam ueniens a Stephano colũna Lateraniẽ coronatus

Bauarus Castrucio comite Romam petijt. Vbi Laterani a Stephano colunna iussu cleri et populi coronatus est. Duo tum Reguli Romanorum Regis Vicarii appellati Vrbem gubernabant: qui a Romano Senatu creati, annuum magistratum gerebant.

Petrus corbariensis in Antipapam a Bauaro ẽ erectus

Bauarus corona Imperii insignitus, Petrus Corbariensem in Antipapam erexit: illiq; reuerentiam tanquam Pontifici prebuit.

Carolus ad patrem in regnum redijt.

Interea Carolus, qui ad Patrem in Regnũ redierat: Philippum Carnotensem floretiæ dimiserat: qui furto Pistorium ingressus, occupata arce diripuit.

Arx Pistoriensis a Philippo diruta.

Castrucius ea re cognita Lucam uenit: et obsessum Pistorium, fame ad deditionem compulit.

Pistorium a Castrucio per deditionem ob famem capiũ

BAVARVS Tudertum: Deinde Viterbium petit. Vbi dimisso Antipapa Pisas repetit florentiam moturus. Nec spe eluderetur nisi castrucius obiisset. Sed filii eius a Bauaro propter ingratitudinem exclusi. Idemque Lucæ factum est. Sed Bauarus Lucam et Pisas pro Imperio retinuit:

Bauarus dimisso Viterbij Antipapa pisas repetit. quas cum Luca pro Imperio retinuit.

PER idem tempus Carolus Roberti filij florentinorum dominus in Regno uita decessit: et multi Germanorum militum a Bauaro propter non solutas pecunias defecerunt.

Mors Caroli Roberti Regis filij florentinorum dominus mirabilis.

GAleacius Vicecomes Pisis obijt. Filij ad Bauarum confugere: pecuniam pollicentes si se Mediolanum immitteret. Ille q̃tuor nobilibus Germanis imposuit: uti Acciũ Mediolani introducerent: et pecuniam accciperent: Sed Germani pecunia accepta in Germaniam abierunt.

Mors Galeatij Vicecomitis qui Pisis decessit et filij ad Bauarum confugere.

BAuarus cum redijsset in Lombardiam: ab Accio paternæ iniuriæ non immemore: ne Mediolanum ingrederetur, prohibitus est.

Bauarus Mediolanum ingredi ab Accio prohibitus.

Germani uero milites Marcum Vicecomitẽ

Marcus Vicecomes Luca potitur e s t.

ex obside Ducem absumpserunt: Qui Lucensi arce obtenta: Vrbis dominio potitus est. Pistoriences eiecto præsidio/immissis exulibus: pacem cum florentinis pepigere.

Pax inter Pistoriēses et florētinos.

Pisani in libertatem vendicati.

Pisani eiecto Tarlato quem Bauarus reliquerat: in libertatem se uendicarunt.

Catinū et Victolinum a Castrucianis capta

Castruciani Catinum et Victolinum oppida a Florentinis occupata ceperunt.

Luca a Germanis Spinolæ lanuensi vendit

Germani Lucam Spinolæ lanuensi uendiderunt. Qua propter inter Spinolam et Florentinos bellum excortum.

Antipa captus et apud Lugdunū dono datus in carcerem decessit

Bauarus in Germaniam confusus abiit: et Antipapa a Bonifacio Comite captus: et apud Lugdunum Pōtifici dono datus uitā in carcerem peregit.

Expeditios Pontificis in Turcos.

Pontifex Philippo Galliæ Rege hortante expeditionem in Turcos parat: decimis impositis. Quæ dum aguntur/Ioannes Bohemiæ Henrici filius ad Pontificem mittens/sequestrem se obtulit: ut Bauarus ecclesiæ reconciliatus/iussum dimitteret: et Henricus alter Imperator crearetur. Quod Roberti Neapolitani

Ioannes Bohemiæ Rex mittitur cum Pontifice Henricum alterū Imperatorem creari

Regis animum offendit: qui nullum Impe
ratorem in Italiam transituru creari uo
lebat.

Florentini Lucam aliquandiu possederunt.
sed á Ioanne Bohemiæ Rege repulsi. Qui
a Brixianis accersitus, Bergomum cepit:
Nec multo post Laciniam urbem Re
gium et Mutinam: non egre ferente Lega
to Pontificis: qui eas habere nitebatur. Is
enim amicitia cum Rege inita: florentiõs
sibi ꝓtra consuetudinem infensos reddidit.
Idque uolente Pontifice factum esse credi
tur.

Luca a Ioanne bohemiæ Rege ablata florentinis. A quo et Bergomum, Mutina capta.

Immutata est Italiæ conditio: ut quibus
Pontifex et Rex Bohemiæ amici: ijs Ro
bertus et Florentini aduersarentur.
nullo Guelforum aut Gibillinorum
discrimine.

Immutata Italiæ conditio uniones regis bohemiæ cũ Roma no Pontifice facta.

Roberto, Mastinus schaliger Veronæ: Phi
lippus Gonçagha Mantuæ: Cararienses
Paduæ: Hestenses Ferrariæ Tyranni cõ
iuncti sunt. In quos Pontifex Anathe
ma promulgauit. Pistoriense uero li

Tyranni complures cum Roberto coniuncti qui omis a Pontifice sũt excommũicati.

Pistoriensis florentinis se dediderunt

bertate contempta: florentinorum Imperio se permisere.

Bohemi in Germaniam redit.

Bohemus Carolo filio in Italia relicto: in Germaniam profectus est. LIBRI NONI FINIS. LIBER DECIMVS.

Hestensis a Pontifice interdicti.

Hestense propter Argentam Rauennati ecclesiæ ablatam interdicti: nec prius oppidum reddidere: q̃ Ferrariensium excommunicati: precibus fatigati sunt. Verum ipsi Scaligerorum auxilio suffulti: oppidum sancti felicis p̃ pe Mutinam obsidere ceperunt. Quod Manfredus Carolo Bohemi Regis filio commendauerat. Carolus Manfredus q̃ obsessores aggressi conflixerunt. Octingenti ex hostibus interempti. Captorum magnus numerus: Inter quos Nicolaus Hestensis Rainaldus Marchionis frater: et complures nobiles. Inde legatus Bononiensis apud Rauennam copias coegit: In quibus Galeotus Ariminensis: Franciscus Ordelafus forliensis.

Ferrariensiu excõmunicati:

Oppidũ diui felicis ab hestẽsib; obsessum.

Obsessores diui felicis a carolo mãfredo fusi: a quo et Nicolaus et Rainaldus capti.

Legatus bononien.

Galeotus ariminen.

Franciscus ordelaf'

uiensis / Ricardus Manfredus fauenti
nus / et Eustasius Palatensis Rauennas / fu
ere: qui prius contra ecclesiam senserant.
et suarum urbium tyrannidem inuaserat.
his igitur copijs duobus mensibus Ferraria
obsessa est: Et suburbium sancti Antonii
captum. Verum urbs egregie defensa est.
Postremo Philippus Gonçaga Mantuanus:
Mastinus Scaliger Veronensis: Bubertin'
Carraria Patauinus / auxiliares copias ob
sessis misere: Cum quibus Rainaldus Mar
chio eruptione facta / ecclesiæ exercitum dis
sipauit. Captusque est Comes Flaminiæ.
et Cubicularius: qui postea permutati sunt.
Legatus inde Bononiæ agrum hostiliter
populatus est. Cui Rex Bohemiæ opem fe
re constituit / reuocato Carolo filio: qui Lu
cam petierat.

Ferraria a Ricardo Manfredo et alijs tyrannis obsessa

Ferraria a Philippo Gonçagha et alijs obsidione liberata.

Comes Flaminie et Cubicularis capti.

Ager bononiensis hostiliter a Legato populatus.

BRixia et Bergomum rebellarunt: Quas ur
bes Mastinus Scaliger occupauerat: Et Ac
cius Vicecomes Papiam ingressus / arcem op
pugnauit: Mediolanensem agrum uasta
uit: Vixque Parmam redeunti: relatum e

Brixia et bergomu Mastino rebelles.

Papie arx ab accio Vicecomite capta. et ager Mediolanensis uastatus.

Luca ab Almerico capta

Almericum Castrucil filium Lucam amicorum ope cepisse: sed arcem teneri. Quibus petentibus ueniam: transferentibus in paucos culpam/ data pecunia pepercit: et tandem tædio affectus Italorum mutatione/ in Germaniam redijt: Mutinę et Regio Germanorum præsidio relicto: Cõmendata Parma Petro Marsilio. Quibus breui se cum copiis redituruum promisit.

Mastini scaligeri in Germaniã reditus.

Bononiense Legato rebellantes

Interim legatus cognoscens Bononiẽses rebellaturos: in arcem se contulit. Quæ Marchionis et florentinorum auxiliis obsessa/ dedit se. Ipse Lugdunum reuertitur.

Arx bononie a Marchione capta

Mors Ioannis. XXII. Papa e

Qvo tempore Ioannes vigesimus secundus ibidem obijt. Et Iacob ex urbe Toleto oriundus/ in Pontificatum assumptus est: Benedictus. XIII. appellatus. Tum Scaliger Parmam. Regium Gonçaga. Mutinam hestensis. Lucam florentini inter se partiti sunt. Sub quibus Germani mercede conducti militarunt. Quod Germani ægre tulerunt: et ad Rubeos fratres defecere: Scaligerum interficere pollicẽ

Benedictus pontifex. Mãx. XIII.

Ciuitates inter diuersos dominos partiti TAE

Germani ad Rubeos fratres defecere

tel. Quod cum non successisset, parmã confugere. Scaliger Parmæ obsidione intermissa: in agrum Vicentinum duxit exercitum. Nec Florentini Lucam obsidere ausi sunt. Quibus ex rebus Ioannes Bohemiæ Rex: Philippo Galliae Regi Lucam donauit: qui florentinis interminatus est: Mercatores qui ĩ Gallia agerent: supplicium luituros: si qd detrimenti Lucenses acciperent. Florẽtini spreto Regis edicto, Lucam obsedere.

Parmæ obsidio a Scaligero ĩtermissa

Ioãnes bohemiæ Rex Philippo Regi Lucã donauit.

Florentini spreto Philippi Regis edicto: Lucam obsidione cinxerun T

Nicolaus hestensis Mutinam cepit. Rainaldus Marchio Argentam ui occupat combusto Ponte: in quo complures periere. Philippus Gonçaga Regium urbez ciuib; ultro dedentib; accepit. Paulo post Rainaldus et Nicolaus mortui sunt.

Mutina a Nicolao Hestẽsi armis capt A

Philippus Gonçaga Regio urbe potitus.

Mors Rainaldi m. et Nicolai hestẽsis.

Castinus scaliger accepta Luca: Parmã ob ciuium discordiam hubertino permittente accepit.

Veneti qui Tarui sium in continenti habebant: Gonçaghæ et Vicecomiti quos

Veneti Gonçaghę et Vicecomiti ob metũ fœderę cõiunctę T

Petrus Rubeus

timebant: foedere iuncti sunt: Et coacto ex
ercitu sub Petro Rubeo duce: quem Masti
nus interficere quesierat: et Pontetremu
lo obsederat: in agro patauino castra posu
ere: sperantes ciuium desperatione ea urbe
potiri. Sperabaturquoque tum Caroli Bo
hemi aduentus in Italiam: et Luchin'
vicecomes: qui defuncto nepote Medio
lano suffectus erat: cum Gonçagha Vero
nam obsidere parabat. Mastinus erup
tione facta in Vicecomitum castra: iqui
bus Petrus Rubeus erat/ exercitui fudit.
Qua victoria fratri suppetias tulit. Sed
Germani equites ad Germanos defece
rant. Iter tamen peregit. Et collocatis
copijs ad inferiorem urbis partem: Pe
tro rubeo commeatum intercludere cu
rauit. Marsilius ad fratrem ueniens fe
bre correptus/ Venetijs obijt. Luchinus
vicecomes Brixiam obsedit. Albertus
Scaliger Venetias captiuus ductus ē.
Petrus Rubeus dum Montem silicem op
pugnat: sauciatur: et Patauii moritur.

Carolus bohem'

Luchinus vicecomes

Gonçagha

Mastini uicto de vicecomitib;

Petrus Rubeus

Germani eqtes

Mors Marsilii.

Brixia a Luchino vicecomite obsessa

Albertus scal. Venetij captiuus duct'

Mors Petri Rubei

Lvchinus Brixia: et paulo post Bergomo potitus est: Scaligero pacem petenti dedit: que pax florentinis Lucam cupientibus molesta fuit.

Brixia et Bergomo a Luchino capti: pax Scaligero concedit.

BEnedictus Pontifex Luchinum Vicecomitem et alios urbibus quas tenebat vicarios fecit. Quo defuncto Clemes sextus successit. Luchinum et Ioanes vicarios confirmauit: coeteros submouit: cum Bauarus Tridentum petens: Italiam aggressurus uideretur.

Vrbium vicarij a Benedicto facti.

Mor. Benedicti.

Clemes papa vi.

Vicarij cofirmati et submoti.

BAVARVS.

Scaliger Hessensi confederatus: Mantue bellum intulit: qui amissa Parma Luca uendidit florentinis: quam Pisani obsederant. Sed florentini cum Mastini auxilio essent intromissi: obsidio tamen no est soluta. Instaurauere florentini copias: et commisso prelio maiorem qan tea stragem accepere. Quare fracti animo cum Robertus Rex nullum eis prestaret auxilium: Ludouicum Bauaru sibi dominum quesiuere: Sed ille Tridenti manens: ultra progredi non est

Scaliger amissa parma florentinis Lucaz uendidit.

Florentini i bello supati et no dum Luca potiti: Bauarum s dnum quesiuere.

Luchin. vicecomes.

ausus: quanuis Luchinus etiam vice comes illum uocaret. Necessitate igit compulsi Malatestam Ariminensem belli ducem accepere: et comparato exercitu: dum pugnandi copia non esset, in agrum Pisanum diuertit.

Malatesta ariminensis florentino exercitus dux.

Robertus Rex. Gualterius Athenarum Dux

Lucenses fame coacti florentinis se dedidere. Duce Gualterio

Interea Robertus Rex Gualterium quedam Gallu Athenarum duce ad florentinos misit. Quo tempore cum Lucae fame laboraretur: salutem pacti: urbe dedidere. Gualterius dominium accepit: et palacium ingressus, primarios, coeterosque Magistratus inde eiecit.

Aretini Pistoriense & Volaterani Gualterio dediti.

Aretini Pistorienses et Volaterani Gualterio se dedidere.

Regis Roberti obitus & Ioanna filia testamento iussit Andreamo sobrino maritum accipere

PER Idem tempus Regnum Neapolitanum turbatum est. Moriens igitur Robertus, testamento uoluit ut Ioanna filia Andream consobrinum ex Pannonia venientem in virum acciperet. Atq; ita factum. Verum illa exosa uirum tanquam desidem et vecordem, in Aula urbe necari curauit: et Ludouico Ta

Andreas Ioanne vxoris opera Aversis necatus.

rentino Principi Philippi filio, consobri no nupsit. Annitens scelus suum purgare. Cui Ludouicus epistolam in haec uerba misit. Loanna inordinata uita tua antreacta: Regni potestas neglecta, vindicta et excusatio subsequens, necis viri tui probant te fuisse participem et consortem.

Loãna Ludouico cõsobrino nupsit

Epistola Ludouici ad loãna, in qua sceleris patrati reprehendit.

Ludouicus Pannonium Rex multorum precibus agitatus, cum exercitu Italiam petiit: et Pelignorum aliquos obsistentes perdomuit.

Ludouici Regis Pãnonũ in Italiam aduentus.

Anno Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo Romæ mutatum est regimen. Nam sub Clemente sexto cũ auctoritate apostolica Senatores constituerentur: tum Nicolaus quidam et publicus Scriba in Capitolium compulsos senatores ãmiscepit atque hunc titulum inscripsit. Nicolaus Seuerus & Clemens, Libertatis: pacis: Iustitiæque Tribunus, ac sacræ Rei pu. Romanæ liberator illustris. Ad quem Itali omnes mi

Regimen Romæ sub Clemẽte sexto per Nicolaũ Seuerũ ar mis mutatum.

Nicolaus seue rus metu po puli noc tu mu tata ue s t e ad Carolum in bohemiã segtulit.

serunt/ fœdera petentes. Cuius gloria paruo temporis spacio duranuit. Nam cũ partem populi sequeretur: alteram offendit. Ipse uero ad septimum mensem spõte sua omnibus ignaris/ mutata ueste noctu abiens ad Carolum in Bohemias profectus est. Qui credens tribunum fœdera petituum: in uincula cõiecit. Inde illũ Lugduni Pontifici dono dedit.

Tribunus uinctus Põtifici dono datus.

Ludouicus Regno Neapolitano potitus

Ludouicus autem Pannoniæ Rex habita Sulmone: facile Regno potitus est. Ioanna et adulter seu maritus fuga sibi consuluerant: Prouinciam petentes/ relicto ad Regni custodiam duce dirrachino Roberti Germani filio: Quem Ludouicus proelio superatum captumque supplicio affecit.

Ioanne regine cum marito ip uinciam fuga.

Dux dirrachin' a Ludouico captus: et supplic io aff ectus

Clemens Tribuno in carcerem coniecto/ Regni Neapolitani curam suscepit: pacẽque inter Ioannam et Regem hoc modo constituit: Vt Ioanna Reginali titulo/ in Regnum restitueretur: Ludouicus Tarẽti Princeps seu maritus/ seu adulter ad Ioã

Tribunus in cãcerem a clemente coniectus

Pax inter Ludouicum Regem et Ioannã a Clemẽte concessa

nam reuertteretur. Et creatis nouis Sena toribus/in urbe pestis/ita per omnem Ita liam debacchata est: ut uix ex centũ ho minibus decem remanserint: et pleraq; loca penitus derelicta.

Pestis in urbe et per om nem Ita liam in DEMS:

Ioannes archiepiscopus Mediolanensis/ob latum a ciuibus dominium occupauit. Commotus Clemens/Mastinum scaliger rum et florentinos in Vicecomitem ar mare curauit. Sed mortuo Mastino epõ Mediolanensis/Canem grandem Mastini filium: cunctosque Flaminiae et Etruriae Gibillinos in sua foedera traxit: Multoque Barnaba nepote/Imolam expugnari uisit.

Dominium Mediolanẽsiũ ab archi episcopo occupatum:

Canis grandis et ōs Flaminie ethruriejq; gibillini ab archi epō i so ciretatem tracti

Interim florentini Pistorienses Pratensesq; armis subegerunt. Archiepiscopus Ioãnes Vicecomitem cum quinque millibus arma tis equitibus: quos illi barbutos appel labant/in Athruriã misit: qui uastato agro igni ferroque usque ad moenia florentina iret: et in Mugellanum se contulit. Burgum oppidum ad Vicecomitem de fecit.

Ioannes vicecomes ad uastãdũ florentinum agrũ ab archiepō missitur

Burgũ oppidũ

Ianuenses a Venetis attriti.

Veneti maritimo bello Ianuensium classe attriuere.

Euboia a Philippo afflicti 7 chiu capto.

Philippus aurea cum noua classe Euboio afflixit: Chium cepit.

Ludouicus a clemente Neapolitani Regni corona donatus 7 et urbs Auinionensis ecclesiae Romanae uendita

Clemens Ludouicum Tarenti Principem Regni Neapolitani corona donauit: et pacem cum hungaro renouauit. A Ioanna Regina urbem Auinionensem quae patrimonii erat, in uenditionem accepit.

Foedera inter Senenses Peru. et florentinos

Senenses: Perusinique noua cum florentinis foedera aduersus Vicecomitem inierunt.

Gambacurta florentini. Crotona

Gambacurta Pisarum familia primaria et florentinis amica: Crotonam illis amicam ad Vicecomitem traxit, frustra florentinis Pontificia auxilia petentibus Carolum Imperatorem in Italiam reuocauerunt. Quod ueritus Pontifex: pacem florentinis dedit.

Carolus Imperator a florentinis uocatus

Pax florentinis a Clemente data.

Mors Clementis Papae sexti.

Innocentius. VI. Ro. Pon. Max.

Anno Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, Mortuo Clementi sexto apud Lugdunum: Innocentius sext

successit.

PER Hac tempora Constantinopolita nus Imperator: Rex Aragonum: et Veneti contra Ianuenses foedera inierunt. Imperator quatuordecim: Veneti quadraginta: hispani. xxx. triremes armauere. Ianuenses praefecto Pagano Auria sexaginta compararunt.

Imperator Constantinopolitanus Veneti et Rex Aragunū cōtra Ianuēses foedera inierunt.

Pugnatum est hiemali tempore inter Constantinopolim et Chalcidonem: Ianuenses victoria potiti sunt: Greci fugere: Veneti et hispani magna clade affecti sunt Praefecto hispanensi ī tercmpto. Iterum sequenti anno pugnatum apud Corsicam: Sed Ianuenses accepta clade Archiepiscopo Mediolanensi se dedidere qui bellum aduersus venetos suscepit. Quo anno Nicolaus Pisanus Venetae classis Praefectus apud Sapientiam Peloponesi Promuntorium a Pagano Auria superatus: captusque cum millibus quinque Ianuam in carcerem est per

Victoria Ianuēsuī de inita cū Imperatore societate.

Victoria Venetorum de Ianuensibus

Victoria Ianuensium de Venetis q̄ Praefectus Venete classis cum V c a p t v s Ianuam ī carcerem est pductus.

Mors Ioānis Archiepiscopi.

Cacacusin a Ioanne Calo Imperio deiectus.

ductus. Et sequenti anno Ioannes Archiepiscopus obijt: Et Ioannes Calo cōstantinopolitanus Imperator in patriā rediit: pulso Cacacusino Imperij occupatore.

Carolus coronā ferrea Mediolani coronatus

CAROLVS Imperator Mediolanum ueniens, ferream coronam accepit. Pisanas factiones composuit. Senenses, Volaterani se illi sine ullo foedere dediderē. Idem Florentini fecissent: sed illi pecunia q̄ Imperium carior fuit. Romæ deinde coronatus est, ea lege: ut nec Romæ, nec in Italia moraretur. Inde in Germaniam reuersus.

Senenses et Volaterani Carolo dediti sunt

Florentini pecunias Carolo dederunt.

Carolus Romę sub cōditione a Pōtifice coronatus.

BELLVM inter Florentinos et PISANOS.

PER Idem tempus propter portoria nouum inter florentinos et Pisanos bellū exortum est: qui usque ad Florentiae portas populati sunt: multaque oppida occupauerunt: vexatis Mugilanis. Sed Pandulfus Malatesta florentinorū dux minime hostibus occurrere ausus est. Sequenti æstate Pisani Germanis auxilio maiora florentinis bella intulere.

agerque inter Fesulas et Florentiam exustus: pariter et qui Aretio et Pisto rio adiacet. Pandulfus suorum pauci tate cum hosti congredi non auderet: impetrata licentia domum abijt: et Florentia oppugnata est:

Ager fesulan' et Aretin' exust'.

Pandulfus florentinorũ dux.

Florentia a Pisanis oppugnata.

Interim Barnabas complura oppida Bononiæ oppugnauit: Regium obsidione premens. Verum Gonçagha: Legatus: Canis Veronensis, et Nicolaus Hestensis comparato exercitu in Brixiam mouerunt. Quibus Barnabas occurrit. Et apud clarum campum commisso prelio superatus est. Inde Brixiã se contulit.

Nonnulla Bononiæ oppida a Bãnaba oppugnata

Barnabas a Legato et alijs duobus plio superatus Brixiaz se cõtulit.

Florentini uariis bellis fatigati: Galeotum Malatestam exercitus ducem fecere: Sub cuius ductu Pisani proelio fusi sunt: Quorum mille curribus impositi: ad ostentationem per urbem Florentiam uecti sunt. Innocentius sextus, inter Florentinos et Pisanos pacem composuit.

Pisani a florentini duce Malatesta succfusi: et curribus per florẽtiaz ducti.

Pax iter Pisanos et florentinos.

Discordia de eligendo senatore Rome ōta

Romæ discordia inter Senatores orta: vnꝰ est electus. Quapropter Pontifex effecit ut Senatorem externum mitteret.

Raimūdus ptholome senēsis primꝰ ext̄nor Senator.

Raimundus Ptholemeus Senensis primꝰ externorum gessit munus Senatorius per annum. Inde alij subsequenter.

Tumultu Rome exorto septem senatores sunt creati.

Thomas Spoletanus annuum gessit: Sz exorto tumultu septem sunt creati: q Senatus potestatem gererent.

Mors Innocentij Pontificis.

Quo tempore Innocentius mortuus est. Cui Guilielmus Sancti Victoris Massiliensis abbas in Italia tunc Legatus successit: et Vrbanus quintus appellatus ē.

Vrbanus quintus Pont. Max.

Canem grandem: Ludouicum Gonçagha Nicolaum Hestensem: et franciscum Cartarium ad ecclesiam traxit: Qui aduersus Barnabam bella gesserunt: et proelio commisso superatus est: multique suorum capti: et ipse accepto vulnere in brachio aufugit.

Barnabas ecclie hostis: a pontificis ducibus superatur et vulnerat' aufugit.

Pugnatum est in agro Aretino a Ioanne et Toma Obicione quatuō ferme horas dubio Marte. Tandem Ioannes per ditionem in potestatem Tome per

Pugnātibꝰ simul Ioanne: et Toma obitione: Ioānes i ditio nem Tome per venit.

uenit. Quapropter omnes qui ecclesiæ rebellauerant ad eius obedientiam redie re. Pontifex ad quartum sui Pontifica tus annum in Italiam uenit:

Rebelles eccl'ie ad obedientiam omnes rediere.

Pontifex in Italiam uenit:

Anno Millesimo trecentesimo sexagesimo octauo Carolus Imperator cum vxore et liberis in Italiam uenit: et dum Pisis ageret: Lucam Pisanis: et Miniatem florentinis rebelles/pro Imperio accepit: et extorta grandi pecunia a florentinis tertio mense Italia excessit.

Aduentus Carole cum uxore et liberis in Italiam. q accepta pro Imperio Lvca IT A LIA DISCESSIT.

Vrbanus perquisita apostolorum capita inuenit: et in Lateranensi ecclesia auro argentoque ornata condidit. Palatia in vrbe veteri et in Falisco monte construi curauit/in quibus æstate apricaretur. Ioannem haucutv̄ carcere liberauit: Bononiæque reliquit. Ipse in Galliam rediens/apud Massiliam interijt.

Apostolorum capita a burbano iugi solertia inuen TA

Ioannes haucutus liberatus.

Mors Vrbani PAPAE.L

Cardinales suo more/Petrum belfortem Gregorium undecimum Pontificem creauerunt. In Lombardia bellum aduersus Vicecomites: qui Regium tenebant

Gregorius. papa ūderim'.

Bellum aduersus Vicecomites.

Præsidentiae certamen inter Venetos et Ianuenses in coronatione PERRHINI Cypri Regis ortum

innouatum.

Perrhinus Rex Cypri, Petro parenti suffectus, dum coronationis sollemnia celebrat apud Famagostam inter Ianuensem Venetumque baiulum de præsidentia certamen ortum est. Ducitur itaque Venetus in pompa: et Ianuenses conuiuio deurbati, uerberibus, quin etiam accædibus affecti sunt. Sed anno Millesimo trecentesimo septuagesimo tertio Petrus Fregosius Ducis frater, quadraginta triremium comparata classe Cyprum inuasit. Rex ad misericordiam confugit: et tradita Famagosta, quadraginta aureorum milia tributi loco commisit.

Petrhinus Cypri Rex a Petro Fregosio obsessus: cogit ad XLI. aureorum annuum tributum.

Pratenses a Florentinis supplicio affecti.

Pratenses Florentinorum iugum excutere cupientes: Medio Legato detecti: maximo supplicio affecti sunt.

Trifernates Perusini Asculani Foroiuliesses alij ab ecclesia desciuere.

Trifernates pulso præsidio, ab ecclesia desciuerunt. Quos secuti sunt Perusini Asculani Foliuienses, et complura alia oppida.

Bononienses excluso Ioanne hauchuto in libertatem seuendicarunt. Qui fa uentiam diripuit: quam Nicolaus et Albertus uiginti millibus aureis ab Hauchuto emerunt. Qui Bagnacauallum pro se retinuit. Gregorius Pontifex, Cardinalem Ianuensem cum sex millib; Britanorum equitum illico ĩ Italiam misit: qui non uastato agro ad Bononiæ portas consedere. Inde Cesennam in Hiberna concessit. Neuĩ Cesennates in tumultv excitati, sexcẽtos Britannos interfecerunt: ceteros urbe eiecerunt. Sed Legatus adhibiti am uindicandam eos per arcem introdvxit: qui cedibus et rapinis omnia fœdantes: solis speciosis fœminis ad libidinem retentis: Reliqua multitudo conuicio affecta deturbatur.

Bononienses se in libertatem seuendica RVNT.

Cardinalis Ianuensis cũ sex millib; britanorũ eqtũ ad portas bononiẽ consedit

Sexcenti britãni a cesẽnatib; ꝓpti.

Cesennates a Britannis militib; conuicij affecti: speciosis fœminis ad libidinem retẽtis eorum retẽtis

Per id tempus inter Ianuenses et Venetos bellum exoritur. Andronicus Cõstantinopolitani Imperatoris filius Ianuensibus auxilio uenit: Quibus Te

Bellum inter Venetos et Ianuenses ortvm.

Andronicus Imperatoris filius

Veneti Tendon insulam accepẽ.

nedon Insulam promisit: Sed veneti insulam accepere.

Mortuo Gregorio: dedigendo Pontifice: inter cardinales est orta dissensio.

Interea Gregorio mortuo Cardinalibꝰ consistentibus in conclaui: et de successoribus agerent: clamantibꝰ Romanis, aut Italum aut Romanum eligẽdum esse summum Pontificem: magna est orta dissensio. Bartholomeum Barensem Archiepiscopum, ciuem Neapolitanum Pontificem creare curabãt.

Duo Pontifices. Vrbanus sextus ab italis: et clemens septimus.

Vrbanum sextum apellatum: Quod Gallici sunt cauillati: Qui tanquam aerem mutaturi, consentiente Pontifice, Ananiam petierunt. Inde fundos confugere: atque ibi octo Cardinales alium Pontificem elegere, Cardinalem Gebennensem, Septimum Clementem appellatum.

Lucis eliguntur.

Victoria Venetorum de Ianuensibꝰ apꝶ Antium.

PER Id tempus inter Ianuenses et Venetos bellum ortum est: Pugnatumque apud Antium maritimo bello: quo Ianuensis occubuit: compluribꝰ oppidis amissis. Verum Luciano Auria Duce

declarato: Dominicum fregusium ceperũt et confratrem in carcerem coniecerunt.

Dominicus fregusius captus.

Interim hispani soluta Venetorum societate: pacem cum Ianuensibus constituerũt.

Pax hispanorũ cum Venetis.

Carrariens es cum Venetis in gratiam rediere omnia utrinque reddita sunt.

Cãrariens es.

In portv palenti certatum est a Luciano Ad ria summo conamine contra Venetos: q superati duo de viginti triremes amiserũt. Sed Lucianus Lancea ictus faciem: cecidit. Captiuorum duomilia inuenta sunt: et mare non paucos absorbuit. Auria aucta classe Clugiam maiorem ui cepit: Sex hominum milia cecidere: Mulieribus pudicitia seruata. Veneti animo cõsternati: eductis é carcere captiuis a Ianuẽsibus pacem petiere: qui superbia elati recusauerunt. Veneti ad defensionem conuersi sunt: et victorem quem in carcere damnauerant: inde eductum: maritimo bello prefecerunt:

Victoria Ianuensium de Venetis qua elat Ianuens es Venetis petẽtibus pacem ne GAVERVNT.

Græcorum Imperator Peram urbem Ianuensium oppugnare adortus est. Sed An

Grecorum Imp. PERA VRBS. Ia.

Imperator Andronici filij metu Ad Ianuēses defecit

Andronic eius filius Patri Venetoque hostis/ præsidio Turcarū & Bulgarorum eas defendit. Cuius timore ductus Imperator/ ad Ianuenses defecit.

Florentini ab iterdicto libati.

Interea florentini ab Vrbano interdicto liberantur.

Vrbanus Pontifex per Ludouicū hūgariæ Regē Reginē Ioannae suffbiam domare cupit

Vrbanus Reginæ Ioannæ superbiam domare cupiens: Ludouicum hungariæ Regem impulit: ut Andreæ fratris mortem/ se adiuuare ulciscereturIlle Carolo filio demandauit/ ut Ioannam peteret. Carolus uocatis ad se Venetorum oratoribus per simulationem componendæ pacis cum Ianuensibus: nulla pacis mentio facta est: et relicto Ioanno Otto Salerni Principe: ipse in pannoniam magna celeritate contendit.

Carolus Ludouici filius i Pannoniam cōtēdit.

Varia bella iter Venetos 7 Ianuēses

Interim uaria bella inter Ianuenses et Venetos fuere. Et Petrus Auria suis succurrens/ apud monasterium Samiense bombarda ictus interiit: Quo Ianuenses aīo consternati: in naues ignem iniecere: et terrestri agmine Clugiam oppugnare ceperunt: atque ibi dum pugnatur: Longi

Mors Petri Auriæ Ianuensis

Ianuenses animo consternati ignē i naues iniecer E

uculo interrupto ponte: qui uetere ma
teria iungebatur: multi Ianuensium
sunt demersi. Barbadicus triremes Ia
nuensium quinque: Naues commeatũ
deferentes nouem: et milites octuaginta
cepit. Post hæc uere nouo crescente
fame Ianuenses imbellem multitudi
nem emisere: quæ a Veneto intercepta:
in urbem redire compulsa est. Sex Ve
netorum triremes: quæ in Apuliam
pro frumento soluebant: a Matheo
Russo Ianuense intercepta sunt. Et
complura alia prœlia sunt commissa:
in quibus utraque pars laborauit: et
multa nauigia intercepta. Anno Mil
lesimo trecentesimo octuagesimo men
se iulio, petita est a Ianuensibus æqui
conditionibus deditio: Veneti nulli
fœderibus se accepturos dixerunt. at
q; ita facta est. Nec propterea quieuere
Ianuenses: Tergestinos enim Veneris
rebellare coegerunt: et Iustinopolis ui
capta atque incensa.

Multi Ianuensium demersi.

Triremes Ianuensium a Barbadico captæ.

Imbellis multitudo a Ianuensibus emissa

Sex Venetorum naues a Matheo Russo Ianuense interceptæ.

Genuensium uoluntate facta deditio

Tergestini Veneris rebelles.

Iustinopolis capta

Conuentio inter hungariæ Regē et VENETOS

Anno Millesimo trecentesimo octuagesimo primo inter hungariæ Regem et Venetos ita conuenit: ut nullum pyratam in suis Dalmatiæ locis tutū esse permitteret: nec fieri salem sineret. Venetus uero singulis decēnijs aureorū septēz milia Patriarcæ persolueret: et capti utrinque liberarentur: Conuenitq; ut Tenedos insula Sabaudiæ Duci assignaretur: & arx ita diruueretur: ut a Nevtris posset ædificari: Patauinus arces quæ ad fluuiorum hostia stagnorūq; erectæ erant demoliretur: terminosq; inter Venetum et Patauinum missi designarent. Zanetus Mudatius Venetus iussu etiam Ducis adduci non potuit ut Tenedos redderetur.

Zenetus Mudacius venetus.

Aretium a Carolo p deditionem CAPTA

Reuersus Carolus ex hungaria cū q̄tuor equitum millibus in Agrum Aretinū uenit: eamque vrbem seditione Guelforum et Gibillinorum agitatam ī ditionem accepit. Inde florentinis bellū intulit. Sed florentini solutis quadra

Pax a florentinis empta

ginta aureorum millibus: pacem eme
runt.

CArolus uero belli felicitate/post q̃ Vrba
num Romæ uidit/ Regnum ingressus
ē: et fugato dissipatoque uarijs prelijs
Ioannæ exercitu: Neapoli potitus est.
Reginam in Castello nouo obsedit:

Carolus Neapoli potitus
Ioānam Reginam amicas tel lo nouo obsedit

Quo tempore noua Italiam tempestas
inuasit. Ludouicus enim Andegauen
sis a' Gallorum Rege et Clemente Anti
papa impulsus/ non tam ut Ioannam
Reginam liberaret: q̃ ut Vrbanum par
ma deiiceret: cum triginta equitum
millibus in agro bononiensi desedit.

Ludouici Andegauensis xxxe qtum ina gr v M Bononiesedu x I T

DVX Sabaudiæ Tenedon oppidum a'
Ianuensibus restitutum diruit: et pax
firmata est.

Tenedon oppidū dirutum

Interim Ludouici defuncti exercitus
dissipatus est: ita ut bini in Galliam
in itinere mendicantes redierint.

Ludouici exercitus dissipatus.

VRbanus cum Neapoli nepotem Capuę
principem a' Rege creari non obtine
ret: ad misericordiam se conuertit:

Vrban' ad Regis misericordiā conuersus

Vrbanus cum pluribus cardinalibus .vii. ex ueteribus conicit in carceres

ita ut Rex adhibitis custodiis palatio exire prohibuit. Sed cum per æstatem Nuceriam impetrasset: complures nouos Cardinales creans: septem ex ueteribus conicit in carcerem: quos contra se cum Rege coniurasse credebat: et processum contra Regem: de priuatione Regni nulla citatione premissa incohauit. Quem Rex in Nuceria circumsedit. Sed Raimundus Vrsini Comitis Nolani filius: qui postea fuit Princeps Tarenti: Vrbanum ad proximum litus deductum: Ianuensibus triremibus impositum in Ianuam nauigauit.

Vrbanus contra Regē processum incohauit.

Vrbanus a Raimūdo ursino Ianuam ducit

Quinque cardinales in mari precipitati:

Ex septem Cardinalibus captis quinque saccis inuolutos in mare deturbauit.

Ludouici Regis hungariae Mors

Interea Ludouicus Rex hungariæ tempore quo Andegauensis obijt: dum conuentus celebrat procurante Regina quæ odium dissimulauerat interfectus est.

Barnabas a Galeatio capitus

Quo tempore Ioannes Galeatius captum Barnabam usque ad mortem custodiri cauit in carcerem: eiusque dominij partem obtinuit: cum quo prius fuerat par

tituſ. Galeaciuſ Papiam, Vercellam, Noua riam: et coetera quæ uerſus Apenninum ſunt. Barnabas Placentiam, Cremonam Parmam, Laudam, Brixiam, et Bergomũ detineret: Vterque Mediolanum poſſidere ret.

Diuiſio dominij inter Galeaciũ et Bernab A M

Pontifex ferentinum uenit: ſperans Ladiſlaum admodum et Ioannem Caroli filios paterna hæreditate deturbare. Sed magna uſi fide Caietani: qui ſeruatis pueris, Regnum quoque ſeruarunt.

Caietanorũ fidelitate ꝗa Caroli filios

Galeacius poſtquam franciſcum Carraciuz in carcerem coniecit: Et Florentini copiaſ coegerunt, queſtus eſt Carolum et Antonium ab eis conductoſ eſſe: et Senenſes amicos uexari.

Franciſcuſ Cãrraria a Galeacio ĩ carcerẽ cõiectuſ

Interea Vrbanuſ Sextus moritur. Cardinales Petrum Tomacellum, Bonifacium nonũ Pontificem creauerunt, anno Milleſimo trecenteſimo nonageſimo: Et Galeacius Florẽtinis bellum indicit. Florentini comparato exercitu, defuncto Ioanne Accij: Bononiaz miſere: Et Ioanno deſcus Batifollæ oppiduz

Morſ Vrbani. PAPAE: SEXTI.

Bonifaciuſ non Pontifex MAX.

Bellũ a Galeatio florentiniſ indictu M

Batifollæ oppidũ CAPTVM

ARETINI.

cepit: et Aretinis magnam intulit calamitatem.

Franciscus car. mutata uesti Patauiũ ingreditur.

FRanciscus Carraria mutata ueste/ Venetorũ fauore Patauium est ingressus.

Vgulottus blancardus a veronensib; ĩtromissus urbem tri duo di ri P V I T.

VEronenses precipiti consilio Vgulottum blancardum Vicecomitis ducem/ nulla impetrata publici errati uenia in urbem intromisere: tri duoque urbs direpta est. Sed uxor Galeatii audita clade/ urbem ultra affligi prohibuit.

Dux Bauariæ in germaniam redij T.

DVX Bauariæ non habita pecunia a florẽtinis/ in Germaniam rediit/ durante obsidione arcis Patauinæ: quæ mox capta ẽ.

Castellacium ab Armeniaci Comitis direptũ.

COmes Armeniaci per taurinos discedens/ Castellacium in Alexandrinis diripuit.

Galli dum leui proelio cum hoste decertãt: a tergo et lateribus inuasi: priusq; capti q̃ intelligerent: Comes Armeniaci captus & percussus interiit.

Mors Comitis Armeniaci.

Galeatius Hauchutum ut capiat ĩtuli tes m i s i T.

FRetus tanta uictoria Galeacius/ partem copiarum ad comprehendum Hauchutum misit: Sed ille certior factus/ traiecto Mintio et Atesi diffugit: Quem florentini quamprimum reuo

carunt. Deinde pax Ianuensibus data est.

Pax Ianuēsibus data.

Interea franciscus de Vico Vrbis prefectus Viterbium Bonifacio proditione abstulit.

Viterbuī a prefecto occupatū.

Petrus Gambacurta Pisanorum dominus a Iacobo Appiano suorum consiliorum participe: et quem ipse ditauerat/ cum filijs occisus est: et ipse dominium inuasit:

Mors Petri Gambacurtæ

Albericus Hestensis mortuus est

Mors Alberici hestensis:

Acciius patria pridem pulsus/ ad Cunil comites confugerat: Quem cum illi uia argentrea reducerent/ tumultus ferrariæ ortus est. Tutores Nicolai pueri arma sumentes/ Acciū pepulere: promiserunt q; Lucum et alia oppida Ioanni Comiti si Accium interemisset. Ioannes cōposita fallacia/ virum accio similem interfecit: et acceptis copiis/ Accium produxit in publicum

Acciius patria pulsus: tandem opera Ioannis comitis in PATRIAM reuertitur.

Eodem anno Mortuo Clementi: Petrus de Luna sufficitur: Benedictus tertius decimus appellatus: et defuncto Carolo Imperatore Romano: Ladislaus successit in Regnum.

Mors Clemētis

Benedictus. 13. ppa.

Mors Caroli Imp.

Ladislaus Rex SICILIAE.

Octingenti perusini interfecti.

Perusia a Baordo Michelotto plebeio occupa T A.

Bonifacius Perusiam se contulit nobiles plebeis concilians: qui presente Pontifice falsa fide insurgentes illoꝝ octingenti sunt interfecti: Et Baordus Michelottus plebeorum primus urbis dominium cepit. Pontifex uero indignatus, Asisium petijt.

Mantua a duce Mediolani obsessa.

Exercitus Galeatij a Carolo Malatesta fusus.

Pisani copias Alberici diripuẽ.

Florẽtini Pisanos ad se trahere tentant.

Mediolani dux Mantuam obsedit: et Carolus Malatesta Mantuani sororius cum copijs florentinorum Galeatij exercitum primo repulit. Deinde sarcinas ac impedimenta abstulit: et populus Pisanus copias ab Alberico dimissas insolentius agentes, magꝰ ex parte diripuit. Florentini inde occasionem nacti: Pisanos ad se trahere tentauerũt. Quod cum non succederet: bello agitauerũt quod intermissum est.

Bernardus Iacobi filius urbem Galeacio uendidit T A.

Berardus Iacobi filius insidijs a florentinis appetitus, retinendæ urbis spe destitutus: accepta pecunia uendidit Galeatio: retento sibi Plumbini oppido. Et Baordus ab domestico occisus.

Perusini a Pontifice interdicti.

Perusini in libertatem erecti a Pontifice sunt interdicti: Sed precibus fatigati: Galeacio

se dediderunt: Qui paucos post dies Bono
nia et Luca potitus est. Florentini sibi timé
tes: venetorum opem quesiuerunt:

Galeaci Bono nia et Luca po TITVS.

Appropinquante Iubileo Romani Pontifi
cem ut rediret rogauerunt: Sed ille quis i
cuperet dissimulauit: Romanos accusans:
qui secundum consuetudinem Senatores
externos recipere noluissent. Tum Roma
ni Senatorem Malatestam Pandulfi filiuz
uirum doctum ad se receperunt: et bandaré
sibus abrogandam auctoritatem spoponde
runt: a quibus etiam pecunia adiuuus. Atq;
ita Pontifex urbem ingressus, molem Ha
driani exesam menibus et turri exornauit
et Iubileus populis decantantibus, celebrat
est.

Romanorum rogatu Pontifex Romā ingredi TVR.

Senatores Malatesta a Romanis recepto.

Hadriani moles a pontifice exornata: et Iubileus celebrATVS.

Eo anno Albericus Bononiensibus coniunc
tus, Astoreum Manfredum fauentinum
bello agitauit: Et Ioannes Bentiuolius
ciuis Bononiensis in eadem urbe domina
tum cepit.

Ioannes bentiuolius bonoiua potitus.

Florentini Galeacium oppressuri: Rober
tum Bauariæ ducem ea conditione in Ita

Dux bauarie ī Italiā uenit

liam uocauere: ut promissam pecuniam non acciperet: priusq̃ vicecomitis terrã tetigisset. Ille ingressus agrum Brixiensem ad Benacum Lacum pecuniarum parte accepta Galeatil copijs congrediẽs fugatus/ Tridentum repetit. Et uocantibus Venetis Patauium ueit. Ad quem florentinorum oratores profecti: ut bellum resumeret/ rogauerunt. Cui cũ paruæ pecuniæ promitterentur/ in Germaniam redijt. Tunc Bonifacius in ecclias beneficium annatarum usum inuenit.

Dux Bauariæ a Galeatij copijs fugatus

Dux Bauariæ in Germaniam redijt.

Annatarum usus a Bonifacio inuẽt

ANNO Millesimo quadringentesimo primo Bonifacius Pontifex nonus/ Ladisslaum adulescentem Caroli Regis filium in Regnum paternum restituit/ a Tyrannis & populis occupatum. Qui Caietæ iussu Pontificis a Cardinali Florentino coronatus est. Quæ urbs sola in fidẽ manserat.

Ladislaus in Regnũ restitutus a Bonifacio: et a Cardinali Florẽtino Caietæ cõnat.

VICECOMES reuerso in Germaniam Imperatore: copias suas ad opprimendum Bentiuolium misit. Florentini auxilia ei mi

Vicecomes Bẽtiuolium opprimit c ur A T

ſerunt. Albericuſ ab exercitu partem Rheni fluminis, qui urbem alluit, diuertere conabatur. Bononienſes ueri ti in pugnam ruunt: et apud Pontem lapideum commiſſo prelio, ſuperantur. Bentiuolius cum paucis in urbem fugit. Bernardus cum omni equitatu captuſ. Inde interfectus. Bentiuolius noctu dũrem ſuam armis tutatur: nimia fretuſ confidentia, in globum precipitatus ẽ. et preter pugnantium uoluntatem vlnerátus occubuit. Tum Bononia patẽtibuſ portis Albericum introduxit.

Albericus Rhem ptẽ diuertere cona tur

Bononienſes ab Alberico uicti. fugiẽte Bẽtiuolio et Bernardo capto et occiſo

Morſ Bentiuolij pugnãtiſ

Albericuſ victor Bononiã ingdit.

Florentiæ plus ſolito trepidatum. Ad quã capiendam Albericuſ ſe accingens, primi ſui exercituſ eum ſequi recuſabant. Paulopoſt querentes pacem Venetoſ Galeacius libenter audit: Sed Mediolani febre correptuſ interiit: Cuiuſ mortem Cometeſ apparens indicauit.

Albericuſ ad capiendam florẽtiã ſe accingit.

Morſ Galeacij Vicecomi T I S.

COMETES

Albericuſ fauentinum agitans, breui cõfeciſſet, niſi ab Ladiſlao Rege in magnũ Comitem Regni Camerarium ſuffectuſ

Alberic ĩ magnũ comitẽ Reg camerariũ a Ladiſlao Rege ſuffectus.

Frater Alberici a Neapolitanis repulsus.

Perusi a fratre Alberici capta

Neapolis ab Alberico capta.

Ladislaus ad Regimen pãnonie suscipiendũ cõtendit

Iadera capta et Venetis uendita Ladislaus Neapolim rediit: et ôr priuauit opidis: et sanseuerina tũ primoribus capitali supplicio affecit.

esset: et multis pecuniis ab eo donatus fuisset: quas Pontificem adulescenti dedisse creditum est. Cuius frater in Regis facinore Neapolim a Pontifice missus è. Quum a Neapolitanis repelleretur/ Perusiam se cõtulit: Quo illico capta est. Albericus Neapolim obsidione cepit: et omnis Regni Principes/ urbesque ad Ladislai deditionem confluxerunt. Verum Rex priũ Regnum confirmasset ad suscipiendũ Pannonie regimen/ a Principibus accersitus/ iuuenili impetu prouectus est. Sed cum Iaderam urbem obsidione premit/ capiique: certior factus/ Neapolitanos/ et aliquot principes inita coniuratione in rebellionem pendere. Et Iadera Venetis uendita: Rex Neapolim rediit. Et reuocato Alberico/ seniore usus disciplina/ neminem in Regno esse permisit/ qui uel Regni/ uel oppidi tenuerit dominatus. Multosque patria eiecit: Et in Sanseuerinatum familiam crudeliter animaduertit/ primoribus capitali supplicio affec

LIBER DECIMVS

tis.

Interim Bonifacio nono uita defuncto/ Innocentius septimus suffectus est. Cui defuncto/ Gregorius duodecimus succes sit., FINIS LIBRI DECIMI. 1499.

Mors Bonifacij PAPAE NONI.

Gregorius. XII. Pontifex Max.

DEO GRATIAS.

IOANNES.M.
PARMENSI
CYNICVS
COCLEA
XPI
ALFONSI.II. NEAPOLITANORVM
REGIS INDIGNVS ASSECLA
INDEFESSA DEXTERA
PRIMO REGNORX
SVORVM ANO
IN CASTELLO
NOVO
TRAN
QVIL
LE
T
RANSCRIPSIT:

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Nr. 1017 Ausgang: Nov. 1977

I. Schäden:

II. Behandlung: